












72 **Emericus, Franc.** Febrium putridarum expositio et methodica cura. Viennae Austr., Egid. Aquila, 1552. 8vo. Old limp vell. Frs. 24.—

Denis p. 493, no. 506. Very scarce work of the Vienna physician Emerich, not mentioned by Hirsch.

4 A

2007
A



FEBRIVM PVTRIDARVM EXPOSITIO ET METHODICA CVra, in serenissimi Reg. Ferdinandi Archigymnasio Viennensi publicè enarrata.

D. FRANCISCO EMERICO OPPAVIANO Autore.



VIENNAE AVSTRIAE excudebat Egidius Aquila, Anno M. D. LII.

PHILIPPI GVNDELII IVRECONSVLTI SA. ROMAnæ Regiæ Mai. consiliarij, Epigramma in Francisci Emerici sui, Medici peritissimi, sibique perpetua XXXI annorum amicitia iuncti librum de tota ratione & cura febrium

Corporis humani pestis primaria febris
Curari à Medico qua ratione queat:
Tū Comites Febriū qua possint arte repelli,
Nō minus his ipsis sed mage sæpe graues:
Frācisco discas Emerico Autore iuuētus,
Et lege de græcis fontibus orta lubens.
Quo valeas olim Coi decreta Magistri,
Atq; Asclepiadū dogma salubre sequi.
Inq; vsum humanæ precepta salubria vitæ,
Vertere dum veterū rectum imitaris iter
Cuius certa tibi hic mōstrat cōpēdia ductor
Herculea auertens obuia mōstra manu.
Tu modo perge sequi iūgēsq; latina pelasgis
Auxilia in febrium nitere perniciem.
Atq; age fœlices tanto duce sæpe triūphos,
Et sæuo miles victor ab hoste redi.
Sic tibi, sic illis quos hac tutaberis arte,
Sit mens in sano corpore sana diu.

Febrium

MAGNIFICO NOBILITATE, DOCTRINA ET VIRTVTE

clariss. Viro D. Iacobo Ionæ Sac. Rom. Reg. Ferdinãdi intimo Cõsiliario, eiusdemq; aulæ Vicecancellario amplíss. suo patrono summo Franciscus Emericus Oppauianus.

ETsi multæ & iustæ causæ sunt, Vir Magnifice, cur laborum suorum monimenta, certis hominibus optimi quique, dedicare consueuerint, tamen duas præcipuas, mutuam scilicet beneuolentiam & iustæ honestæque ob-

 seruantiæ

ſeruãtiæ declarationẽ, ad id ipſum plærosque excitaſse animaduertimus. Ita enim Galenũ, vt de noſtræ artis profeſsoribus dicam, omnia opera ſua, quæ extant, cõſcripſiſse ipſe teſtis eſt, & hoc ab alijs ferè omnibus factitatũ fuiſse, nullis nõ aliquo modo in medicorum autorum lectione verſatis manifeſtum eſt. Quod tantũ poſtea potuit, vt inde Reipublicæ à quampluribus præclarè fuerit conſultum. Horum itaque rationes, me quoque Vir Magnifice mouerunt, mihiq́ue penitus perſuaſerunt, vt hunc noſtrũ de putridis febribus paruum ac exiguum laborem, ſub M.T. nomine publicarim. Nam cum te maximis arduisq́; Regis noſtri clementiſs. negotijs, occupationibusq́ue occupatiſs.

cupatiſs.

cupatiſs. aliàs, aliquid quoq; cogitationis in negotijs noſtræ ſcholæ inſumere videamus, quomodo nimirum in ea recta & honeſta ſtudia benè inſtituta ad poſteros propagari poſſint, putaui me meiq; ſimiles vehemẽter decere, vt viciſſim obſeruãtiæ ſignificationẽ erga T. M. oſtẽderemus. Et quia ſecũdo ab hinc anno in hac celeberrima ſchola, vbi artẽ medicã, Dei nutu, pro viribus, per annos 16. publicè docui, poſt Pauli Aeginetæ 3. lib. prę̨lectionẽ, ſtatim vt in benè inſtitutis Italiæ aliarũq; regionũ ſtudijs mos eſt, putridarũ febriũ curã di rationẽ publicè et ordinariè cõiunxiſſẽ, ac eandẽ nunc multi, qui apud exteras nationes Medicæ ſtudijs incumbũt, à me expetiuiſſent,

meq́ue ad impresſionem creberri-
mis adhortationibus impuliſsent,
rectè T. Ma. Vir ampliſs. hoc quic-
quid eſt laboris, tanquã communi
omnium ſtudiorum patrono ad-
ſcribendum putaui. Nam cum ali-
is rebus hoc potiſsimum tempo-
re, noſtram erga te obſeruantiam
declarare non poſſum, hac de-
dicatione aliquo modo ſignificare
voluimus, nos tui memoriam ſũ-
ma cum obſeruantia perpetuò cir-
cumferre. Accipe itaque Vir Mag-
nifice ac patrone nobis perpetua
fide obſeruande, hilari vultu, hunc
de febrium putridarum cura labo-
rem, quem multis bonis & vtilem
& gratum forè ſperamus, ac à me
indies maiora expecta. Chriſtus te
reipublicæ et Regi noſtro clemẽtiſ-
ſimo

ſimo optimoq́ue diu ſuperſtitem ſeruare dignerur opto ac precor, Bene vale & noſtri animi oſtenſionẽ ita vt nos inſtituimus accipe, Idibus Maij, Anno 1 5 5 2.

Viẽnæ ex ædibus
noſtris.

AD LECTOREM

Multa quidem fateor putridis de febribus extāt,
A magnis quondam prodita scripta viris.
Sed cum sit virtus, methodo verbisque probatis,
Perspicuè tam res enucleare graues.
Non est Francisci labor aspernabilis iste,
Quo, methodo docta tradita cuncta vides.

Galenus 8 Methodi

Nisi quis ad vnguem memoria teneat & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunquam Methodo febri prospiciet.

FEBRIVM PVTRIDARVM EXPOSITIO.

POstquàm librum Pauli Æginetæ tertium, qui methodum totius corporis, à capite ordiendo ad pedis vsque calcaneũ, affectus curandi tradit, non planè infeliciter declarando absoluerimus: consultum est probatissimorum authorum exemplo, vt febrium quoque curam methodicam demõstremus. Sed quoniam plærique à me putridarum febrium curam maximè requisierint, eam nunc in manus sumpsimus, ac Deo volẽte, si inprimis pauca quædam vniuersalia præmiserimus, bona methodo febrium harũ curam instituemus. Sciendum autem febrẽ nihil aliud esse, quàm calorem extraneum & præternaturalem cordis, arteriarumq́ue à corde manantium, & per vniuersum corpus dispersarum, robur vitale deterrentem. Qualitas caloris febrilis ignea est, acuta, & mordax, ex centro ad superficiem delata circa thoracem, tactui præsertim perceptibilis, & ad situm magnarum arteriarum, vnde & inordinata & inæqualis pulsuũ ratio enascitur, pro singularum febrium diuersis speciebus. Hic calor febrilis probatissimorum autorũ sententia tria in corpore corripit, spiritus,

 ritus,

spiritus, carnes, humores. Vnde in spiritibus accensio ephimeram, id est, diariam, in solidis mēbris hecticam, id est, habituatam, in humoribus putridam, de qua dicturi sumus, febres constituit. Tria igitur erunt febrium genera: Diaria, hectica, & putrida Putrida quomodo fiat, & huius curam in genere, ordine habebimus. Fit aūt ex obstructione latentium in toto corpore meatuum, ita vt iusta transpiratio excrementorum fumidorum, fuliginosorumq; intercipiatur. Obstructio autē est mediocris, vel immoderata. Mediocris, si methodo dextra tractetur, diariam reddet : si verò immoderata extiterit propter obstructionis euidentiam, aut propter Medici sinistram operationē à diariarū consueto tempore excidet, et tum synochus, id est, febris continua fit, aut alia quædam, quæ ex putredine accenditur. Debita transpiratio impedita multifariam efficitur, nimirum cùm pori cutis, vel ob duritiem, vel frigiditatem spissiores vel condensati fuerint, in causa nonnunquam est copia, crassities, & lentor humorum Cùm itaque quotidiana & quasi perpetua necessariaque fumidorum, fuliginosorumque excrementorum impeditur transpiratio nil sanè aliud, quàm caloris nostri destructio subsequitur, & mox succedit alius calor præternaturalis, perniciosus,

niciosus & deuastans, qui primò humores propter eorum humiditatem non tam putrefacit, quàm etiam corrumpit, temporis autem progressu adipem, carnes, idest, musculosam substantiam, imò et solida ipsa corpora inflammat. Opera itaque natiui caloris, & præternaturalis diuersa habentur: A præternaturali putrefiunt omnia, à natiuo humores à putredine omni vindicantur. Custodito itaque calore natiuo, humores nunquam putrefiunt. Caloris autem natiui conseruatio (vt Gale xj. Therapeut docet) fit per inspirationẽ scilicet & expirationem. Quomodo verò per arteriarum transpirationẽ hoc fiat, constat ex anatomicis. Arteriæ terminantur ad circumferentiam cutis totam, quare per eandem illa transpiratio efficitur, & in hoc à natura hæc omnia ita constituta sunt: calor enim natiuus corruptioni non subiacet, nisi cum transpiratione priuatur: & eadem hæc causa est, quòd humores in animantibus non corrumpantur. Hac igitur transpiratione conseruata, humores nulla ratione putrefiunt, cùm putredo (vt dictum est) oportuna trãspiratione vindicetur. Hinc cogitari potest, quãto errore, et quãto multorũ vitæ periculo, nõnulli iactent putredinis prohibitionẽ ex oblatione olei de calchanto siue vitriolo & oblatione nonnullarũ calidissimarũ et

tenuissimarum partium materierũ. Vidimus enim quàm plures ex talium oblatione magis inflammatos, ac putredinem horum plus fermentatam, citius quàm debebant, vitam amisisse. Putredo autem, vt Arabes & Philosophi omnes sentiũt, nihil aliud est, quàm mutatio ad corruptionem totius substantiæ putrescentis corporis, inducta per calorem præternaturalem. Putrefiunt verò humores vel vasis contenti, aut extra vasa prolapsi, & per totum delati. Priores continuas & nunquam intermittentes febres, nisi morbi solutio secuta fuerit, pariunt. Posteriores aliquã certis periodis, ac deinde intermittentem febrem accendunt, vt tertianã, quartanam, quotidianam, & ita in summa videre licet, nos corporum humanorum putredinem aliter emendare non posse, quàm quemadmodũ inanimata corpora, in quibus putrefacta corpora primùm recidimus, reliquum aëri pro transpiratione exponimus frigidiori: ita etiam primò conamur, quicquid in corporibus corruptũ est, à corpore segregare, & quasi transpiratione quæsita reliquũ refrigeramus, & sic ad simmetriam naturalem corpus ipsum deducimus. His demonstratis emergit quæsitum satis momenti magni, quod tale est: Num talis corruptio etiam citra obstructionẽ euenire possit. In quæsito

hoc

hoc discutiendo, perpendenda sunt, quæ Galenus in De differentijs febrium affert, cùm ait: Calorem quinque modis auctiorem reddi. Primò, immoderatiore motu Secundò, admotione extrinseca alicuius materiæ excalefacientis. Tertiò, ex vsu cibi aut potus, aut alterius rei excalefaciẽtis intra corpus assũptæ. Quartò, cutanea porositate obstructa, hinc vaporaria & hypocausta calidiora sunt clausa quàm patentia, nõ secus fit in corporum cutis occlusionè, vbi calor quoque auctior redditur. Quintò, ex putredine: quare stercus columbinum vbi putruerit, spiratum calidiorem reddit: vel fatendum erit, necessariò calorem altero istorum modorum magis augeri. Quoties enim caliditas ex pororum obstructione emergit, necessarium est eorundem præcurrere obstructionẽ Patet igitur putrescentibus in nobis humoribus aliam causam non esse, quàm obstructionem: At celerrimè quis inferet, hoc idem efficere posse calorem externum, motũ præterea & alimentum, hoc quidem in re ipsa se ita habet, verùm fatẽdum (vt anteà diximus) prius ephimeram enasci ex calore externo, cibo, aut motu, quam aliqua alia febris ex humore dependens. Ex eo patebit putridam febrem nullo pacto fieri inceptiuè citra obstructionẽ, facilimè tamen ephimera

mutari

mutari apta est in humoralem. Calore verò augescente & inaucto putredo minimè generatur citra obstructionē, hinc putredo inceptiuè non fit, nisi præcesserit obstructio. Excipitur tamē lues illa, febris scilicet pestilens, quæ inceptiuè emergit absque omni obstructione. Nūc insistere iterū & vrgere quis posset, ephimeram febrem sequi putridam, nec adesse præcurrentē obstructionem, quod quidē hac ratione permitti potest: Cùm calor nimirū ipse corrumpit in ipsis spiritibus humores, ita vt non sit necessariū obstructionē præire putredinem, sed satis in hoc esse calorē illum externum. Quare hæc propriè putrida febris nota est, cùm causa primogenia non recesserit, qua nō recedente, putrida certè incipit, non nisi ex pororum corporis obstructione. Interim quoque animaduertendum, dari in cutaneis osculis (vt ante dictum est) obstructionem, quæ aut à frigido ambiente euenit, aut balneo astringētis facultatis, aut ex crassis, multis, lentisq; humoribus. Quandoque etiam obstructio intrinseca parit putredinē, in epate scilicet, splene, & alijs membris. Obstructio itaque cutanea producit ephimeram. Arteriæ enim tantum, quæ in cutim finiunt, transpiratione priuantur. Nam omnium primùm spiritus in arterijs incenduntur, in quibus nidores

igniti

igniti ephimeram reddunt. Hisce verò minimè difflatis, mox & humiditates igniũtur. Si verò obstructio intranea excesserit, ita vt humiditatibus difflatus non pateat, inceptiuè putrida generatur febris. Hinc liquet incipientes febres plærunq; ephimeras esse: & hinc quoque elicitur operantium Medicorum error, qui statim ad ea auxilia confugiunt, quæ putridis debentur, cùm vt plurimùm ephimera primitùs sese proferat, & non putrida. Quare & auxilia diariæ febris propria huc adducere debebant, quæ vt dictum est si dextrè tractabitur in putridam non ita facile conuertetur: auxiliabimur enim hîc refrigerantibus & farctu liberantibus. Quare prima die vrina si conspicitur minime alterata, nec pulsuum ordo mutatus, nec calor redditus auctior, tractabitur sanè in modum Ephimeræ. Cauenda itaq; catarctica & similia fortiter ducẽtia in ephemeris, quæ cum in principio morborum alias nõ admouẽda sunt, ita multo minus in Ephemeris exhiberi debent. Sed vt ad finem præsentis negotij properemus, iã ostensum habemus, putridã nõ posse fieri incidendo citra obstructionẽ, fieri tamẽ posse comitando Ephemerã, Ephimera autẽ à pluribus causis ortũ suũ trahit. Imo Galeno teste Ephemera etiã obstructionẽ quãdoq; causam habet quæ

cum

eam increuerit, vt prius relatum est, primò ephimeram, mox synochum, deinde putridã excitabit, Ephimera salubrior & quæ citra obstructionem emergit vnum diem nõ excedit, neque vlla comitatur putrida. At si in subiecto constiterit, vbi humores apti sunt putredini, tũ equidem putridam posse sequi quãtumuis ea citra obstructionẽ præcurrit, constat. Et inde etiam patet putridã inceptiuè accendi nõ posse, citra obstructionem, sed comitari posse Ephimerã citra obstructionẽ, cùm scilicet malignus aëris afflatus corpori nostro sese insinuauerit, atq; venenum quoddam immiserit quod pestilentis febris causam præbet. Sed hæc non propriè putrida est febris, de qua dicturi sumus. Cum itaq; liquido constet putridam semper cũ obstructione generari, dicet forsan quis, Quomodo igitur tantã in hac putrida differentiã intuemur? Hoc quoq; sicut cætera rectè Galenus ostendit cùm ob oculos ponit ortum synochi, tũ sobolem aliarum febriũ, quas abscessus comitatur vbi ait. Humiditates putrescere si quando in cauitatibus membrorum repertæ fuerint, nec patuerint exactè transpirationi, ac eadem quoque ratione asserit, de intermittentibus & tertianis in quibus flaua bilis quæ in venoso genere inclusa excluditur, ac membro-

rum

rum petit cauitates, vbi iusta priuatur transpiratione, ac ideo putredinem concipit, & hoc pacto omnis putrida, si traxerit ortum ab apostemate siue intermittens, siue continua etiamsi vniformis extiterit, putredinem ipsam habebit causam. Interim tamen animaduertendum cum hoc pacto putrida enata fuerit, & quamuis humiditates maioribus venis insistentes iustam obtinent transpirationem, nihilominus si hæ in mitiores venulas expulsæ fuerint & extiterint, vel aptæ vel propinquæ putredini, mox inde exit continua & non vniformis, sed inæqualis, ex eo nobis colligitur causa, cur in febre pestifera putrida offerimus stiptica, vt puta arantia, acetosa, cerasa asseruata, mala punica, & similia, nimirum vt putrido afflatui reluctemur. In putrida verò non contagiosa seu pestilenti offerimus aperiẽtia et nõ stiptica, cùm sint ex tali obstructione, quæ vel copia vel tenuitate aut crassitate humorum enascitur, & putredo fit: Hinc statim emergit hæsitatio cùm tres illæ causæ habeantur, copia scilicet, et lentor, et crassities humorum, vnde nam curandi exordium capiamus. Galenus equidem ab inanitione per sanguinis missionem primò curam aggreditur, mox ab aperientibus et incidentibus, vt cum solo oximelle, quod à nostris pessimè & ne-

 gligenter

gligenter paratur, cùm id summè prædicet Galenus, dicens non inaugere febrem, interim tamen pellere facultate expurgatoria, eorum quæ veniunt repurganda. Hoc igitur oximel non tantum malè & negligenter paratur, imo à nostris quasi omnem vsum amisit. Asserunt enim nostri id excalefacere, cùm contrarium fateatur Galenus. Quare loquemur de cura huius febrilis putridæ dispositionis, dextrã Gal: methodũ sequẽtes. Monuit sanctè optimus medicorũ Gal. in libro de constitutione artis nos in quaq; ægritudine indicationes curãdi dispicere debere, deinde instrumẽta quibus illas persequamur indagare. Dato itaque affectu aliquo, prima curãdi indicatio occurrit, quæ mutuatur à contrarijs. Nam contrariorum contraria sunt remedia, & ideo indicationes sumptæ à febre, quæ à Galeno in popularibus morbis, & alibi PYROTOS id est ignis dicitur, erit molienda refrigeratio, à putredine, putredinis ablatio, ad obstructiones equidem depulsio, & eæ sunt febris curãdæ indicationes. Rectè etiã Galenus ait, cùm dicit, omnis curãdi indicatio sumitur vel ab affectu vel à causa. Febris in quantum febris, petit refrigerationẽ, causa, id est, putredo petit sublationẽ. Item à causa ipsius putredinis, quæ est obstructio, & hæc postulat resectionẽ. Sumitur præterea indicatio à naturali

temperamento

tēperamēto. Nō enim sufficit nos nosse vt refrigeremus, nisi etiā sciamus quousq; refrigerādo progredi oporteat, quæq; compétens tandē sit reductioni ad habitū naturalē. Quare cùm pituitosæ temperaturæ homo, febre fuerit tētatus, maiori refrictione opus habet, flauæ bilis temperamēto minori. Indicatio tamē nobis quoq; succurrit ab aëre nos ābiente, vt spectemus scilicet, nū aër affectū inaugeat. Nā si is augmēti alicuius causam dederit, auxilijs pugnādum erit fortioribus. Sin verò aër præbuerit suppetias demoliēdi morbū, tunc leuioribus auxilijs insistendū. Ex his itaq; curādi nobis suppetātur rationes. Indicationibus curādi inuestigatis, statim nū hæc vt perficiantur posibile sit, vnà medico perpendendum erit. Qua autem ratione hoc cognoscendum sit, scilicet an possibile vel impossibile appareat, Galenus idipsum quoq; in libro de constitutione artis edocuit, & libri eius bini hoc quoq; nobis ostendunt, vnus est quem de semine, alter quem de facultatibus naturalibus inscripsit. Meminimus autem huius rei quoq; in libello, quem olim euulgauimus, qui habet inscriptionem de dextro medicaminum vsu. Seminalia enim seu spermatica illa membra nec restitui nec interne humectari vnquā poterint. Et hæc est causa: Calor enim semper in nobis exsiccādo pergit,

 hoc

hoc sic trutinato ac perpenso, incũbit rursus medico ex præscripto Galeni in præsenti nostro negotio inquirere auxilia & instrumẽta quibus remouenda sint, caliditas febrilis, obstructio & putredo. Tractat hæc ipsa Galenus partim in Therapeuticis & multis alijs in locis. Cùm itaq; constet in omni cuiuscunque morbi cura, quomodo sint indicationes eruendæ, vt à morbo scilicet, à causa, à tẽperatura naturali, ab aëre, nũc operæ precium erit, nosse cùm indicationes sint plures & variæ, à qua tandem oportunius & primò auspicandum. Indicatio sanè curandi quæ à febre tanquam affectu & eius causa sumitur, contrarietatis modum vtique nobis præscribit, ex qua primitus nobis auspicãdum, considератu dignum est, quod ipsum quoque à Galeno hauriemus. Sumitur enim quandoque indicatio ab affectu, à causa, verùm non ab his tantum, sed etiam à symptomatibus, quandoque indicatio symptomatum dissona est cum prioribus. Quare Galenus dicere solebat, nihil esse difficilius, quàm hæc tria commodè simul inuicem conferre: Morbum scilicet causam, & symptomata. Consentientibus enim & conspirantibus indicationibus simul omnibus, à qua auspicandum Galenus in Therapeuticis vndecimo exactè docuit, vbi tale proponit exemplum. Detur qui ventriculum

malis

malis habeat humiditatibus refertũ, Pituita verò salsa à capite demãdetur stomacho vnde insignis cõsciscatur dolor, Tria hoc loco cõfusa nobis sese offerũt, sinistra scilicet cerebri tẽperatura, quæ est huiusmodi mali humoris procreatrix. Item maligna humiditas vẽtriculi sinubus infarcta, Præterea animi deliquiũ, & insignis dolor. Pro ratione veræ methodicæ curationis auspicandũ foret ab eo quod præbet causam alteri, nihilominus tamẽ auspicamur à cerebri calida intemperatura corrigẽda si ea adfuerit, nec ordimur curã ab inaniendo ventriculũ, nec à reducẽda intẽperatura ventriculi, sed auspicamur à deliquio animi tanquam ab eò quod magis vrget. Ita de singulis intelligendũ est morbis, quãdocũq; indicationes cõplicatæ & consentientes deprehendũtur semper primo cõfugiendũ ad id est, quod vrget, mox ad causam, tandẽ ad id quod habet rationem causæ alterius mali. Aliud adhuc Exemplũ 3. Thera: à Gal: traditũ sic habet, cũ de vlceribus loquitur. Ait enim nos ordiri debere curã vlceris à Phlegmone. Primo enim mala temperatura remouẽda est: Nã in vlceribus ea remota, caro succrescit, & ita cùm Gal: perpendit quod rationẽ obtinet causæ alterius mali, bifariã perpẽdit. Primò tanquàm illud quod ægritudinis monet causam, postea tanquam id quod est causa

per quam alia fœliciter succedunt, vt de mala temperatura conspicimus, qua sublata cætera benè succedunt. Secundò auspicari nobis incumbit ab eò quòd fouet causam sine qua non, id est, citra quod reliquũ curari nequit. Et ita cùm indicationes vnum tantum mouent, auspicamur ab eodem, cùm autem nō tantum vnum aliquid indicauerint, tum ab eò fœliciter auspicamur, quod magis vrget: postea ab ipso quòd rationẽ causæ obtinet, & id quidẽ bifariam, vel quia erit affectus causa, vel erit tale, quo sublato dabit causam, vt cætera fœliciter cedant, tandem & vltimò ab eo quod rationem causæ obtinet, & sine quo aliud curari nequit. Et similis erit ratio in febre, à qua infrigidandi sumitur indicatio, aperiẽdi ab obstructione. A' qua itaq; indicatione primitus auspicandũ ex Therapeuticis Galeni adducta iã patefacient, si febris vt frebris vires deijcit, auspicandō à febre, si autẽ febris non adeo vrget, causæ primo prospiciendum erit. Incipiemus itaq; etiã ab eo quòd vltimò repertum est, quẽadmodum Gal: 11. Methodi pulchrè ostendit, cũ enim causa habuerit plures causas, ab eo auspicandũ erit quod vltimò se obtulit, si verò fuerit syndrome, seu concursus accidentiũ, tum monet fidelis. autor 11. Metho. sic innuens: Cùm dolor scilicet causæ rationẽ secum tulerit, vt in ab-

scessu

sceſſu videre eſt, cùm ad ſeſe humiditates pellicit: nā hoc pacto rationem cauſæ ſecum adfert, tum à dolore omninò auſpicandum erit, hoc enim voluit Gal: cùm diceret. Dolor ſi ægritudinis cauſa extiterit, primò à dolore auſpicandum, & hoc pacto in genere loquēdo, quando plures extiterint indicationes non complicatæ ſcire facile erit vnde inchoandū. Cum autem affectū cauſæ cōtulerimus, ordiendum ab eo quod vrget, ſin autem affectus vires deijceret, ab affectu, ſi non, à cauſa: ſi verò affectum cauſamq; accidentibus contulerimus, tum quoque ab eo ipſo auſpicandum quod magis vrget. Accidentibus enim inualeſcentibus ita vt vires aboleant, ab illis ordiemur, dein ab eo quod rationē cauſæ poſſidet, duplici quidē via, vel ab eo quod poſſidet cauſam, vnde reliqua proſperè ſeſe habeant, quemadmodum in abſceſſibus et hulceribus ordimur à mala tēperatura, qua ſubmota ſuppeditatur cauſa, vt cætera benè ſe habeant: nam poſtea carnis ſequitur generatio. Vel ab eo quod poſſidet veram ægritudinis cauſam. Cùm itaq; dicendarū indicationum in quocūq; affectu viā modūq;, & à quibus ſumātur habeamus, deniq; cū complicatæ fuerint ac nobis plura quam vnum indicent, à quo primò auſpicandum ſit tractauerimus: nunc inſtrumenta & auxilia quibus conceptum

noſtrū perficere poſſumus inueſtigaturi omnium primum diuinum Hippocratem Aphoriſmo 16. ſectione, 1. diligēter excuciemus, cùm ait. Victus humidus febricitantibus omnibus confert, hucuſque reſpondet Aphoriſmus noſtro conatui. Hìc liquido cōſtat quod poteſtate & actu humida febricitantibus ratione commoda ſint, nec obſtat quod contrarietatis effectu frigida quoque dictioni Aphoriſticæ Hippocrates non addiderit, cuius vtiq; cauſam afferūt, aliă alij, nonnulli Hippocratem per humida, vna etiă frigida quoq; ſignificaſse aſſerunt, & quăuis verum eſſe conſtet cōtrarijs ad ſymmetriam fieri reductionem, nihilominus videre eſt Hippocratem ſimpliciter & planè humida dixiſſe neque addendo frigida, humida enim ſemper in febribus vſum ſuum obtinent, frigida autem non ſemper. Quare deſinant ſupplere hoc loco Hippocratem tanquam mutilū, quod Galenus ſicut cætera omnia hìc quoque melius cæteris omnibus præſtare potuiſſet. Cùm autem non ſemper frigida vel afferenda vel admouenda ſint, maximè ſi reſpicimus cauſam, ſed potius humida aperitiua, & ideo ſatis rotūdè Hippocrates in dicto aphoriſmo pronunciauit. Sed obijcient aliqui, neque humida perpetuum vſum in febribus obtinere, hi meminiſſe debent Galenum ſibi ipſi

in cōmentario citati aphorismi hoc id ipsum opposuisse cùm ait, si obtigerit nobis corpus hydropicum excellenter humidum & tamen febricitet, in tali vtique ait humida forsan locum non habebunt. At statim huius oppositionis nodum dissoluit Galenus dicens, cum bini affectus complicantur vtrique insistendum. Concessa itaque hac Galeni solutione, duo præ oculis sunt contraria, febris scilicet & hydrops, cur non constituimus itaque medicamen quoddam compositum ex calefacientibus scilicet propter hydropem, & refrigerantibus propter febrem. Prius enodatæ sunt indicationes curatiuæ quæ quando ita fuerint complicatæ, nec vnum & idem auxilium, sed diuersa ingenia commonstrauerint: Si autem neutra aliud monuerint, quam id quod vera & iusta curæ ratio expostulat, hoc est causæ sublationem, tum vtiq; humectantia cum sublationi causæ non repugnent, perpetuò futura sunt in febribus vtilia, nec ab exhibitione humectantium declinare oportet. Frigida verò cum sublationi causæ reluctetur, nec commodēt obstructioni, imo sæpe maiorē præbent obstructionibus causā. Quare frigida nō semper et perpetuo in vsum febricitantibus assumenda sunt. Humectandi autem inprimis refrigerandique facultas elucescit ex qualitatibus. Primæ enim qualita-

tes primas etiam facultates obtinent, Secũdæ nõ nisi ex primis opus suum agunt, citra illam exceptionẽ, in quauis scilicet corporis parte discutiendo, digerendo, emolliẽdo, & resoluendo. Ita tertiæ quoque qualitates non nisi primis intercedentibus fiunt, attamẽ in definita quadam corporis parte, vt rumpẽdo calculum vesicæ & similibus. Quartæ à proprietate occulta, quam alias formam specificam nominant, vt Galenus de quamplurimis pro parte ostendit, ac de his priuatim quæ tũ desiderãtur scripsit. Nunc in inuestigandis instrumentis solicitos nos esse decet, vt scopum dextræ operationis cõsequi possimus. Quare in posterũ etiam locuturi sumus de humidiorum frigidiorumq́ue febribus cõmoda materia. Primò, tamen & principaliter occurrunt diuersæ & plures euacuãdi rationes in febribus, vt sanguinis detractio, deductio superfluitatũ per medicamẽta catarctica, id est electiuè humores expurgantia. Itẽ balnea, fricationes, abstinentiæ & exercitia, quæ tamen haud febribus vtiliter adhibentur. His cognitis statim consideratu dignum nobis sese offert, quibusnam euacuandi prædictis rationibus vtatur Medicus, num plures vnà adhibeat an non. Item conueniens in his admouẽdis rimari tempus necesse est, cùm hoc euidentissimum in arte momentum habeat,
hinc

hinc venerandus senex, in principio aphorismorum afferebat, occasionem præcipitem esse, vtputa quæ oportunitatis latitudinem sæpe in momento contineat. A præcipuo igitur auxilio missione sanguinis scilicet auspicantes, duo præcipuè nobis spectanda erunt. Primò an sit administranda, Galenus certè huius rei gratia consulendus erit in libro de cura per sanguinis missionem, vbi docet tria, quæ indicant administrandum mittendi sanguinis auxilium, affectum ipsum, ætatem, & virium constantiam, additque hoc præcipuum auxilium his negari, qui decimum quartum ætatis annum nondum attigerint: etiamsi affectus ipse hoc auxilium indicauerit, quemadmodum Galenus apertè in Therapeuticis tradidit. Cùm verò ætas non obstiterit, vires denique constiterint, & affectus quoque indicauerit, tum sanè id auxlium minimè erit prætermittendum. Mutuatus est vtique hæc Galenus à diuino Hippocrate ex quarto reginis acutorum, Senio confectus dummodo vires constent missionem sanguinis admittet, medico præscribente. Quare non veritus Galenus etiam octogenario affectu monente ac viribus non ita vacillantibus sanguinem demere, quemadmodum in libro de sanguinis missione videre est.

Interim

Interim tamen non desunt adhuc alia quædam quæ sanguinis detractionem dehortantur, vt puta corpora tenuia, raræ substantiæ & texturæ, exiccatiora, venarum gracilium, sanguinis præterea penuria, veruntamen ætate non reluctante, viribus consentientibus, & affectu ipso iubente, missio sanguinis mediocris adhiberi commodè potest. Corporis enim habitus melior & rarioris texturæ, tũ aëris constitutio, quæ regionem & anni tempus secum vnà induit & alia, non omnino postponendum hoc auxilium suadent, sed cum mediocritate administrandũ docent, vt autem missio sanguinis omnino locum habeat, tria enumerata tantum, affectus, virium constantia & ætas commonstrant, syderum autẽ cœlestium ratio, anni vel aëris constitutio, corporis habitus tũ consuetudo ipsa indicant solummodo de copiosiore vel pauciore sanguinis ablatione. De oportunitate verò quando missio sanguinis administranda sit, magnus ille Galenus in libro huic operationi propriè dicato patefecit, cum recenset olim opinionem quorũdam fuisse vt spacio trium circuituum febrilium ea ipsa administrari posset. Galenus verò asserit eandem locum habere posse vel prima die, dummodo affectus, ætas, & viriũ robur hanc ipsam vt fiat indicauerint. Censuère etiam ex veteribus nonnulli missionem hãc

ſanguinis tranſacta die quarta minimè adhibendam, ſed tantum primo die. His reſpondet Galenus, & dicit, quod affectu ipſo indicante, nec alimento incocto ventriculum onerante virium conſtantia & ætate conſentientibus eandem fœliciter locũ habere poſſe, Probatiores tamen medici, vbi onerati ventriculi ſuſpicio ſubeſt, aluum lenientibus prius emolliunt vel mollisſimo clyſteri ſubducunt, nec vt noſtræ ætatis quidam medici ante electiuè purgant, cum in ſummo ſint errore. Item infœliciter errant apud nos aliqui parũ ſanè docti, qui in omni febre, cum differentias febrium non calleant, omnes vnanimiter ſynochos vocant, nec hoc nec aliud perpendẽtes ſtatim misſionem ſanguinis imperant, & quòd crudelius eſt ante misſionẽ theriacã cũ ſulphure ſimilibusq; mixtã propinãt, ac mox ſudorẽ imperãt, maſſam totã ſanguineã turbãtes, cruditatẽ violenter in venas propellũt. Hoc quanta vitæ humanæ pernicie fiat, ratio & experimentum docent, videant ipſi qua ſcientia faciant, ſatis eſt eos commonitos. Sed non moueat aliquem quod inde etiam lucrum faciant, dicit enim Hippocrates, multos ex ignorantia etiam lucrum facere. Vt autem perſequamur quòd cœpimus. Galenus in ſumma hoc vult: Cum æger nobis ſe obtulerit, quamuis in morbi principio auxilium hoc

præ-

præcipuũ fuerit omiſſum, viribus tamen & ætate conſentientibus, affectu denique hoc idem indicante, nihilominus ſanguinis miſſionem fieri poſſe, etſi viginti etiam dies præteriјſſent. Nunc non deerunt qui obјcient tria à Galeno propoſita, quæ ſanguinis miſſionem prohibent, ætas, virium robur & affectus, non ſola eſſe quæ hoc auxilium prohibent, cum nuper adiunxerimus ventriculi quoque pondus & cruditatem. His ita obuiandum, cruditatem & ſaburrã ventriculi de qua loquimur non in vniuerſum id auxilium nobis è medio tollere, ſed differre tantum, vt vel naturæ vel medici adiumento cruditas ſedetur dimoueaturq́ue. Quare bonorum omnium dux Galenus primo de febribus ad Glauconem, cum de accidentibus febriũ tractat, ait: Cruditate vẽtriculi præſente ſãguinis miſſionẽ non in totũ prohiberi ſed differri. Momenti verò & horæ Galenus accuratè quoque meminit. Multi vel etiã noſtra ætate auroram huic auxilio deputarunt, quod quidem Galenus reprehendit, eoſque neſcire quid dicant pronunciat In febre ſolam declinationem animaduertimus & non momentum temporis vel horam: in cæteris verò, vt in abceſſibus quietius temporis momentum deligimus etiamſi veſpertinum vel nocturnum fuerit. Cum autem in parte

prophylactica

la ctica, id est, præseruatiua hoc auxiliũ afferimus, quẽadmodũ ars Hippocratis cõsultissimè crebro anteuertit, deligimus vtiq; diluculare temporis momentum, horam scilicet à somno, vbi consueta iam homo subierit exercitia, ac ita auxilium hoc prandiũ præire debebit. In febre tamen quietius à febris vexatione tempus sumimus, nec aliud vllum temporis momentum obseruandum erit. Cæterum vt nobis ad vnguem auxilium missionis sanguinis pateat, obiectum quorundam diluemus, qui dicunt: Flaua bile exundanti missionem sanguinis interdici, quantumuis tria enúmerata, eãdem simul indicauerint admittendam, cùm inde maior bilis ebullitio enasci videatur. His Galenus iterum ad consilium in libro huic operi dicato vocandus, qui nodum hunc ita dissecans dicit. Flaua bile exundante vires constare nequeunt, cum omne robur in sanguinis & spirituum copia consistat, & non in aliorum humorum crudorum aut biliosorum redundantia, & ita tribus prædictis, viribus scilicet, ætate & affectu indicantibus fortiter huic auxilio nos committemus. Restant adhuc binæ iam autoritates Galeni, quæ prætendunt etiam tribus sæpe relatis simul indicationibus præsentibus, tamen eandem missionem sanguinis non admittendam. Prima autoritas habe-

tur 11. Thera: Methodi vbi ait: Æstas si fuerit feruens, calidissima quoq; & sicca regio, missio sanguinis non fit, præsertim cùm habitus quoque mollis, luxus & pinguis albusq́ue gracilibus venis accesserit. Respondebimus quod propriè & per se nihil restet, quod id auxilium nobis excutiat, sed simul iuncta vt habitus ille à Galeno delineatur, & calidissimus æstatis feruor, per se autē, quodq;, nequaquam. Altera authoritas legitur. Primo ad Glauconem de febribus hoc modo: Si regio ipsa & temporis status cōsentiunt omnino ab hoc auxilio abstinemus, quomodo id sese habeat ita intelligi debet. Circumfluus aër vt ferueat requirit ad minus statum cœli calidum, regionem denique calidam, his conspirantibus vna eademque ratione, tum sanguinis missio prohibenda, etsi tria essentialia dicta consentiant. Si verò regio ipsa frigida & cœli vel temporis status aërq́ue calidus extiterit non vetat sanguinis missionem. Teste itaque Galeno prædicta si conspirant, eadem quasi proportione, auxilium hoc saluberrimum locum habere nequit, quantumuis priora enumerata essentialia hoc indicent. At si ex æquo prædicta non simul conspirauerint, auxilium hoc ex toto nō prohibent, sed ex parte tantum, ita vt minor quantitas sanguinis dematur, pro dextro ex-

istimatiuo

ęstimatiuo medici iudicio. Hoc verò nostro climate, raro ista simul coincidere & conspirare possunt, præsertim quod ad æstatem pertinet. Coronidis loco hoc addere placuit, Galenum fateri saluberrimum in febribus venam incidere, non continuis tantum, verùm etiam omnibus, quas putrescens humor concitat, vbi præsertim nec ætas, nec vires, prohibent, & huius saluberrimæ operationis reddit causam dicens: leuata namq; quæ corpus nostrũ regit, natura, exonerataq; eo quo velut sarcina premitur, haud ægrè quod reliquum est vincet. Huic sententiæ à Galeno traditæ magni nominis medici in quodam aliquando collegio, vbi eandem pro tempore sententiam ex Galeno proposueram, non nisi Galeni dictione visa, fidem dare voluerunt. Erant enim plærique sanguifugi ignorantes, hoc auxilium indicationibus monstrantibus, in tempore adhibitum febres iugulare, sicut omissum sæpe ingruenti morti occasionem præbet. Quod autem hoc auxilium non saltem in febribus omnibus, sed in omnibus acutis morbis & magnis affectibus conducat, & primum locum habeat, nunc pro conclusione breuiter ostendemus. Cùm itaque de sanguinis missione satis superque dictum sit hoc notatu dignum restat, si ex his potioribus auxilijs phlebotomia et phar-

macia ſcilicet, vtriusq; vſum affectus aliquis poſtulauerit, quod tandem primò adminiſtrã-dũ ſit medico quæritur? vocantur autem hæc bina potiora auxilia, quoniam magnis morbis citò reſiſtere ſunt apta, quam rem neq; exercitium nec multa frictio, nec balneum, vel leuis alui ſubductio, vel aliæ id genus euacuationum efficere poſſunt. Hinc in vſum recipiũtur, cùm magni morbi iam iã vrgent vel fores pulſant & appropinquant. Ideo non fruſtra cùm vtriusque vſus in affectu quopiam exigitur, num ſanguinis miſſio an medicamen purgans præcedere debeat, vt diximus, quæritur? Galenus 14. Therapeutices & 2. ad Glauconem de cura Eriſipelatis videtur velle quod purgans medicamen prius potiſsimum conueniat 10. autem Therapeuti: vbi de phreneſi tractat videtur voluiſſe conducibilius eſſe ſanguinis miſsionem præmittere. Hinc difficultas non parua oboritur, & quaſi dictorum Galeni contrarietas quædam animaduertitur, ſimilis quoque quæſtio extat de Hippocratis & Galeni enthymemate quod 4. de ratione victus in acutis habetur. Cùm Hippocrates dicit, acutis affectibus miſsione ſanguinis ſuccurres. Vnde in genere patet, ſi vtique affectus euidẽs & magnus extiterit, æger verò fuerit florentis ætatis, & conſtantium viriũ, ſanguinis

miſsionem

missionem potissimum & præcipuum locum habere. Neque enim ibi vlla subdiuisionis vel sanguinei vel biliosi aut pituosi affectus mētio fit. At dicit in omni acuto affectu, virtute, ætate consentientibus, missionem sanguinis vtilem esse. Quare primo libro de regimine victus in acutis, cùm inter acutos affectus lethargiam & apoplexiam enumerat, statim colligi potest, in omni magno affectu, virtute, ætate consentiente missionem sanguinis esse conuenientem, ita & in phrenesi cū acutis adiudicetur. Hoc enthymema & pronunciatum Hyppocratis summè admiratur Galenus & multò magis, quòd idem aphoristicis sententijs adiunxerit, cū paucis verbis magna energia insit. Et Galenus in 4. Therapeutices, & in libro huic operationi propriè dicato, hoc elegans pronunciatum repetit. In omni scilicet affectu euidenti & magno viribus & ætate admittētibus sanguinis missionē esse administrandā. Quare si veritatis autorem intuemur, in quouis magno affectu seu sanguineo seu pituitoso, seu bilioso dūmodo virium robur adfuerit, & ætas decimū quartū excesserit, missionē sanguinis conuenire. Cognoscitur autē magnus affectus & euidēs, vel ratione nobilis membri occupati, vel quia grauis oppressio præ oculis est, vel affectus est malæ & perniciosæ dispositionis. Imo si affectus

in præsens non esset ita euidens & magnus, & saltem inciperet in magnitudinis rationem excrescere, vel si tantum minaretur, & incuteret timorem futuri magni affectus, tũ sanè missionem sanguinis nulla ratione omittere debebimus, consentientibus simul tribus sæpiuscule iam recitatis indicationibus, ac tali tandem modo vel in quocunque quasi simili affectu sanguinis missio non est verenda, vt copiosius ex libro proprio Galeni de hac ipsa operatione constat, & ex Hippocrate tum Galeno & probatioribus etiam habetur, prius missionem sanguinis in affectibus quam purgans medicamen, si vtrumque in vsum vocatur admouemus, cùm tamen nostri quasi perpetuò prius catarcticis corpus ipsum expurgent, debiliusq́ue reddant, ac ita postea puriorem sanguinem cum virium demolitione, ineffabili errore demant. Sed quia de sanguinis missione hactenus copiosè dictum est, nunc diuersas vacuandi rationes, quæ obstructionibus liberandis dicatæ sunt in putridis febribus, vltra sanguinis missionem referemus. Sunt autem ventris leuicula subductio, vrinæ prouocatio, sudor & vomitus, ea enim obstructiones aperiũt. Nã plærũq; incisiua et attenuatoria et attenuatiora humorũ existũt, deniq; coctionẽ eorundẽ & reductionem in benignũ moliuntur

untur

untur vbi ad minus reductio locum habet, quòd quidem non secus euenit, quàm quemadmodum homines faciunt putrefactioni cōsulentes: ita in his putridis febribus Galenus & assecla eius Paulus aiunt: Nos putrida debere per sanguinis detractionem, vrinas, aluum & sudores expurgare, sin autem sponte sua nonnunquam materiæ impetum ad os ventriculi capessant, etiam per vomitum non irritandum consulit, si vltro os ventriculi petens materia ad facilem vomitum non promoueat, & addit causam: Ne scilicet, stomachi virtus exoluatur, qua maximè indigemus in morbis. Cæterum deligi materiæ debent, quæ sine calefaciendo siccandoque valenter prædictas euacuationes moliri possunt, de quibus iam agemus. An autem hæ reliquæ euacuandi rationes per sanguinis missionem conueniant, in principio dubitauêre recentiorum nonnulli, cùm Galenus II. Therapeutices, & alij quoque vtputa Aëtius & Ægineta, quorum verba in principio annotauimus, qui omnes volunt vt hijs in principio vtamur. Contrarium tamen voluisse Hippocratem hæc sua verba ostendūt, cùm in sententijs aphoristicis ita dicat: concocta medicari mouereque non cruda. Aiunt iam quidam recentiorum, his curandi modis vti nos posse, nec esse contra Hippo-

cratis mentem, cum non euacuentur materiæ facientes febrem, sed materiæ tantum quæ non sunt de efficientibus febrẽ, quas cõmunes vocitant. Verùm Hippocra: intellexit de materia excitante febrem. Nam in intestinis sunt vapores putridi excitãtes putredinẽ in febribus: Aquositas verò vrinalis ab his putridis vaporibus inficitur: imo contagionis huius impressio quoq; cõmunicatur materiebus existentibus in membrorum porositatibus à putridis scilicet exhalationibus, quare docet nos hîc euacuandi modis omni tempore cõmodè vti. Nõne aliàs apertè constat, neq quispiam vnquam ibit inficias, quòd si instituerimus curare febrem, necessarium esse putrefactum remoueri, per sudorem scilicet, ventris lenitionem, vomitum, & vrinæ prouocationem. Id autem quod iam putredini proximum est ne putrescat prohibere, molliendo transpirationem per ea, quæ obstructiones amoliuntur. Discors ratio nulla sanè alia est in cura inanimatorum & in nobis, quàm quòd in rebus inanimatis incepta putrescere rescindimus, in nobis autem humores iam iam putredini obnoxios & putrefieri incipientes ad benignum reducere conamur, & ita à Galeno 11. Therapeutices, à Paulo & Aëtio, probatioribusque aliis expurgandi iam relatæ viæ in hoc proditæ sunt, vt materiæ

febrium

febrium remoueatur. Vt autem hoc magis patefiat constabit ex vomitu ipso, cum Gale: recitato loco dicat: si natura vltro vomitum attentauerit, tũ vtiq; iuuandus erit. Nam natura hoc conante, certũ est bilem febrem excitantem, ad stomachi osculum sese recipere. Hinc patet non solum euacuatam iri communem, vt aiunt, materiam, imo eam ipsam quæ efficit febrem. Ita per sudorem simile quiddam euenit, nonne conspicimus morbum sæpe per sudorem finiri, & ægrum febre liberari, quare in sudoris prouocatione, materia actu febrem constituens expurgatur, & proptera doctiores consueuêre de Hippocratis mente aliter disserere. Aiunt enim Hippocratem ante concoctionem prohiberè humorum expúrgationem, cum medicamentis violentioribus catarcticis & electiuè euidenterq́ue soluentibus: leniora verò auxilia vrinam ducentia, sudores elicientia, vomitum iuuantia, humores ante coctionem non leuiter agitant: damus enim aquam hordei, quæ vtique ducit vrinam, mouet sudorem, & partim materias reddentes febrem educit, propterea talibus vel ante coctionem vti possumus, si autem quis nobis obyceret veterum operationem, quod scilicet fortibus medicamentis vomitũ ciuerint, vtputa veratro nigro

in elephantijs, & in affectibus qui alia ratione curari nequiuerant, hoc ita fieri oportuit. Nos tamen in febribus vomitum iuuamus leuiusculis, natura vltrò conante, item sudorem elicimus, vrinam prouocamus, ventremq́ue subducimus vel aqua hordei, vel aqua appij, vel hydromelle, his si natura non obsequitur etiam cum enemate, cuius vsum Auicenna magis eligit. Recentiores autem plures nec leuiora illa tantum, sed electiuè ducentia pharmaca in principijs febrium exhibent. Quantum autem à iusto Galeni præscripto recedant, facile videre est. Sunt iterum alij quidam qui antequam syrupos vel haustus coctorios exhibeant cassiam prius offerunt, quo materiæ præiacentes virtute syruporum non penetrent ad interiora. Galenum verò constat in febrium principijs nec cassiam nec mannam aut similem medicinam præmittere, ex Auicennæ doctrina non negatur omnino, tamen clysteris potius vsum probat, videre tamen est nostrum medicum vulgus ante syruporum oblationem solutiua etiam propinare. Galenus autem in febrium initijs oblationi oximellis innititur, quod equidem vt dictum est aluum subducit, vrinam mouet & elicit sudorem. Cùm autem maior auxiliorum similium pars calidæ siccæq́ue temperaturæ sit, in hac

præsertim

præsertim putridarum febrium cura, cumque toto tempore febris nobis incumbat, vt humores attenuemus, vrinam sudoremque cicamus, ventrem leniamus, & prouocemus vomitum, non tamen alia via, quā si natura eundem etiam conetur & tentet. Constat ex prædictis quòd ex præcensitis euacuationibus, non communes materiæ tantum, sed quæ propriè sunt febris euacuentur, interim tamen admonuimus non fortibus vomitū natura tentante inuitandum sed leuioribus, vt aqua calida copiosè hausta, vel digito vel penna oleo imbuta, qua irritamus guttur, penitius immittendo ad vomitum. Si vero rogauerit aliquis quibusnam sudorem & vrinam prouocabimus, & quibus ventrem leniter subducemus, is sciat hoc placere cum ptisana, cum oximelle, cùm decocto radicis appij & similibus, quemadmodum Galenus 11. Therapeutice docet: hoc semper spectantes cū Galeno vt minus calida in vsum hunc assumamus, si calidiora fuerint cum frigidiusculis miscenda erunt, quo caliditas illa contemperetur. sunt autem frigida vt semina melonum, cucumeris, cucurbitæ, & reliquorum, esculenti tamen cucumeris semen incidit, plus abstergit, & tenuis est substantiæ, præcipue arefactum, contritum, cribratum, quàm ipsius caro quæ frigida & humida secundo

 ordine

ordine habetur, cum tamen semen ipsum ordine primo scilicet aut secundo incipiente. Vt Galenus 8: simpl: medicamentorum refert, Propterea mouent etiam vrinas eadem semina & abstergunt, ita & alia quædam vt endiuia, cicorium & intybi omnes species. Nam subamarescunt, suntque subfrigida, modiceque astringentia, agrestia tamen perpetuo CCsicciora habentur & amariora, cùm in domesticis multa humiditas mixta siccitatem remittat. Endiuia verò & similia an in vsum verti debeant in dubio esse videtur, maximè cum conamur aperire: apparet equidem quòd ea vti non debemus, cum Dioscorides tribuat Endiuiæ frigiditatem & siccitátem, per consequens etiam stiptica erit, nec quod eadem aperiat ostēdit, quemadmodum etiam à Galeno 8. simplici: medici patet. Attamen octauo libro compositorum pharmaçorum particulatim eandem Endiuiam farctu liberare demonstrat, amaritatis suæ gratia, ac sumitur succo decocto & puluere, apud nos pro constituendo syrupo assumunt syluestrem, & est amarior, quare aperiendi quoq; maiori facultate pollet quàm domestica, & ita euenit quòd videre est, vt & Auicenna & reliqui tradunt, quod vnū simplex diuersas quandoq; sortiatur partes, vt rosa, quæ habet succum calefacientem & substantiam terrestrem obstruentem

struentem, & partem aperitiuam, quæ sola ablutione separari possunt. Sed hîc animaduertendum est, quòd in aqua rosacea non relinquitur pars illa aperitiua: nam ea est separata & resoluta. Quare in aperiendo ea non vtimur. Pari modo de aqua endiuiæ dici potest, quæ distillatione talis quoque est. Verùm nos dicemus aquam rosaceam propterea non esse aperitiuam: rosa enim exiccatur, & amaritas abscedit, qua ablata statim neque aperit postea. Endiuia autem cùm desiccatur, retinet amaritatem, qua qualitate endiuiam aperitiuam dicere possumus. Verùm considerandum endiuiæ destillatam aquam etiam non aperire, quod colligitur ex Galeni dicto 5. De simplicibus medicamentis: vbi ait, quòd quædam aperiunt, tergent, & prouocant, vel ob amaritatem, vel acumen, vel dulcedinem, vel acetositatem: Endiuiam autem aperiẽdi facultatem habere ait Galenus, non acetositatis, non acuminis, nec dulcedinis gratia, sed amaritatis tantum: qua remota, aperiendi quoque facultas remouetur. At aqua endiuiæ destillata nec est amara, nec dulcis, nec acescit, nec acumen habet vllum: quare facultate aperiendi minimè pollet. Recentiores tamen credunt, quòd eædem facultates quæ herbis insunt, in earum distillationibus quoque persistant. Verùm non parum falluntur: cùm enim sapor, quo

mediante medicamēti facultatem deprehendimus fuerit semotus, statim nec facultas illa locum habere potest, hinc potius decocto succo, vel cribratura endiuiæ simliumq; vtemur, quibus vtique inhæret illa amaritas, quæ aperiendi facultatem præstat, quēadmodum in 8. compositorum pharmacorum particularium videre est. Omne itaq; auxilium medicamentarium aperiendi facultate pollet, vel amaritatis vel acidatis vel acuminis sui vel dulcedinis ratione, quæ admixtam alicuius acuminis rationem obtinuerit. Et ita cōstat aquā rosarum, endiuiæ, aliarumq; destillatitias non aperiendi vires retinere, cùm amaritas ab his per distillationē segregetur. Ita Parergos dicendo, nec mihi probatur, vel distillatio, vel colliquatio qualiscūq; ligni Guaiaci, cū tamē sit frequentissimi vsus, præsertim vbi amaritas, quæ illi propria, semota fuerit, nam ea qualitate excellenter rarefacit, & aperit totas neruorum corporis substātias, hinc talia & similia omnia vel decocto, vel succo qualitate propria pollente, vel puluere exberi debent. Et ita in putridis febribus à multis commendatur Adianthum id est, capillus veneris, nimirum quòd prouocet vrinam & sudorem. Galenus cum 6. de simpl: medica: agit, hoc ipsum ostendit, & Mesues capite propriō. Diosco: itē de adiātho asserit,

capillum

capillum veneris temperaturam quandam habere, prouocare denique vrinam & sudorem, item aperire, & lapidem quoque terere. In hoc consentit quoq; Serapion & omnes quasi concordant. Vnica restat discordia, quòd Galenus & Diosco: dicunt, adianthum astringere aluum, sed Mesues dicit lenire aluum, ista verò controuersia facilè componitur. Nā adianthum sicut plura alia habet diuersas facultates & partes, nimirum aliquam stipticam, aliam stringentem, & aliam aperientem. Apertiuæ partis ratione aperit, & meatus farctu liberat, & proptera sudorem & vrinam prouocat. Quare in febribus putridis omni tempore commodè vti eo poterimus. Sed vnum notandum, quod vidêre summi Philosophi, nimirum quod in aperiētibus sæpe error committitur nimirum angustia, turbatio quædā, & corruptio stomachi, quare voluisse vt non meris aperitiuis & farctu liberantibus vtamur, præsertim in morbis cronicis, cū deijciant & epatis & stomachi vires, quod quidem clarè patet ex Galeno 1. methodi & 13. nam vltimo merè aperitiua ita flaccefaciunt, id est, deijciunt stomachi & epatis vires, vt sæpe tandem hydrops sequi soleat. Quare dexteriores practici & operi artis insistentes semper & præcipue in morbis cronicis aperitiuis commiscent aliqua

corroborantia

corroborãtia stomachũ & epar, quẽadmodum est diarhodon Abbatis, nouella rosata, Aromaticũ rosatum diatriasandolon. Nam hec & similia possumus exhibere, vel in rotularum, morsellorũ, aut electuarij forma. Cùm autẽ in putridis nõ refrictioni et corrigendæ siccitati tantũ studendum sit, verùm etiam in vsum vertenda quæ humectandi rationem habent, vt in quartana, vbi liquiritiæ decoctum cum vua passa vel syrupo vialato non inutile est, vtimur tamen libentius passulis, propterea & aceti acumen passularum decocto, vel passulis ipsis refrangitur. Et hoc in loco quæsitũ insurgit huiusmodi. In febre atrabiliaria humectatio conuenit, item aperiendi ratio crassitieique attenuatio cum huiusce febris materia crassa habeatur. Qua igitur intentione plus egemus Mesues in cura Sodæ ab atra bile ortum habente insistit plus humectãdi officio, cùm Gale: præcipuè, & qui partim ipsum viderunt Arabes, dicant si discutientibus plus iusto institerimus citra humectationem, tenuiora resolutionem quidem sortientur, reliqua vt partes crassiores scilicet in lapidis formã concrescent, & ita pars quædam resolui vtique poterit & discuti, altera tamen indurescet. Acutiorum verò medicorum & philosophorum pars ita habet. Cum medicus sit naturæ assecla, atra

autem

autem bilis in ſplene ſedem ſuam obtineat, attenuari eandem vtique à natiuo calore, cùm in hoc in eum locum natura conſtituerit arterias ampliores, copia ſanguinis ſcatentes, & arteriaco ſpiritu, nec idem eſſe aſſerunt de abſceſſibus & de materia in venis contenta loqui. Materia enim atrabilioſa extra venas depoſita indureſcere poteſt, in venis autem vnà cum ſanguine contenta induratione caret & ita videntur pronunciare, vtcunque in durioribus abſceſſibus plus humectatio requiratur, quàm attenuatio & inciſio, cùm tamen in venis hæc materia contenta ſit, plus eſſe vacandum miſsioni & attenuationi. Afferuntur in præſens tria auxilia in febribus frequentiſsimi vſus, ſcilicet aqua hordei, oximel & aqua cicerum. Primò itaque de aqua hordei loquemur, & principaliter nobis conſtare debet hordeum vt Galenus in 1. de alimentis ait, ſemen in frequenti mortalium vſu eſſe, diuerſæ tamen à tritico facultatis, ſiquidem illud manifeſtè calefacit, hoc tamen abeſt vt calefaciat, vt aliqua etiam ex parte refrigeret, alias in frigidi calidique conſiſtit temperamento, veluti amylum panis elotus &c. Quare quocunque modo hordeum quis parauerit, ſemper aliqua ex parte refrigerandi vim obtinebit, ſeu panem quis inde fingere

velit

velit, aut ptisanam decoquere, vel pollentā machinari, imo & succus hordei tenuis aliquatenus abstersionis particeps habetur, Quare hordeum quocunque modo paretur nunquam calefacit, sed variè pro ratione præparationis, nunc humectabit & leniet, nunc desiccabit & stringet. Laus autem Hippocratis ipsius hordei, tum etiam Galeni & aliorum in vniuersum cedit ptisanæ. Est autem ptisana propria hordei decorticati appellatio, ἀπὸ τοῦ πτισσέιν, id est, à pinsendo & decorticando deducta appellatione. Verùm quidem hæc appellatio generalis est, & cum alijs frugum generibus coniuncta. Nam alia atque alia ptisanæ genera significantur, velut χονδροπτισάνη *quæ notat ptisanam ex zea decorticata, quam nostri* gruppen *vocant. Item ex spelta, qua equos Italiæ pars nutrit,* Tünckel *germani appellant.* πτισάνη *autem* πυρίνη *id est, triticia ptisana* Weyze Gersten oder Weyzene gruppen *nostri vocant, ita videmus ptisanam & etiam chondrū apud autores esse generales voculas omnium scilicet frugum desiccatarum, decorticatarum & tusarum in grummos, propriè tamen ptisana hordei decorticati appellationem sortitur nostri* geneute gersten *vocant, de qua Galenus libellum edidit proprium, sed in parte*

mutilatum

mutilatum, cuius ptiſanæ laudes ac vtilitates eo libello produxit ex Hippocrate, vbi tractat de ratione victus in acutis. Inde enim & Galenus & reliqui omnes quæcunque de ptiſana tradidere mutuati ſunt. Cum autem noſtra ætate nec apparatus ptiſanæ, nec etiam dextra oblatio in febribus ſatis conſtet, imò etiam inanis quædam dimicatio, an hordeum hordeum ſit, apud inanes gloriæ curioſulos noſtra ætate inſurgat, paucis pro modulo præſentis noſtri tractatus agemus, & de aqua hordeacea nunc vulgari, quæ dicenda erunt non omittemus, cuius tamen nec Hippocrates nec Galenus meminit. Cùm verò ptiſanam commendant, ptiſanam hordei integri vel ſucci, id eſt, ptiſanæ collotæ mentionem faciunt, & in eius laudes non citra rationem prorumpunt vſum & vtilitatem denique oſtendentes. Parat Galenus ptiſanam ex hordeo, quod generaliter acceptum refrigerat & exiccat, habet tamen deterſiui aliquid & inflatiui. Accipit autem vt in libello de ptiſana patet hordeum optimum nihil aſſcititiæ putredinis habens aut humiditatis, nec recēs nimium nec vetuſtum, & eligit integrum, tum etiam quod in tumorem inter coquendum affatim attollitur. Conſtruendi modum dicit talem, quem nonnulli ſequuntur, prius hordeum mortario in exiguas partes frangunt &

decoquunt, mox elixationi addunt amylum, nonnulli cyminum & mel pariter, quam struendi rationem minimè probat Galenus. Praefert autem concinnationem hanc & dicit, optimum primum hordeum crudum in aqua maceratũ, reddit causam 1. de alimentis cùm ait: Aptius enim tum cortex ille tenuior segregari potest à spissiore cortice, constat hordeũ non molitura sed contusione purgari, à tenuiori verò vt purgetur macerare aqua iubet, cùm aliàs nec contusione nec digitorum opera auferri possit: Macerandum igitur primum erit vt exactius coquatur, tenuior denique cortex secedat, etsi etiam amoueri nequiret, nihil vtique hordeum incommodi sortiretur, quàm quod maiori tersionis facultate praestaret. Cùm itaque tergendi rationem non quaerimus, eundem curiosius submouemus. Quae autem proportio acceptanda in hordei & aquae partibus nunc breuiter ostẽdemus. Vulgata ptisanae conficiendae ratio graecis haec est: Coquitur ptisanae portio in aquae 15. partibus quã tamẽ Arabes variant Aegineta verò cùm vulgata graecorũ proportione concordat, non desunt tamen qui ptisanã decem tantũ aquae partibus parant. Fit autẽ ebullitio hordei ad iustam vsq; intumescentiã vt 1. de alimentis Galenus capite de hordeo tradit, qua reddita aceti momentum indere iubet, ac admouere

mouere

mouere rursus lento igni, salem illum friatum inspergere, & hoc propterea ne in nimiam ptisana exsiccationem abeat, oleum seu butyrum condimenti suauioris gratia vel principio iungi poterit, acetum tamen in medio vel paulo post. Aceti verò in libello de ptisana mentio non fit. Ptisanæ igitur huius ex hordeo quàm diuerse Dydimus autor, quē Constantinus de agricultura citat, decoquit. Laudes autem vno volumine condidit Hippocrates, quoniam lubrica ex facili haurirur, quoniam sitim arcet, quoniam in aluo minime intumescit, quoniam facile redditur, & assuetis is solus cibus in febribus bis die offerri potest, imò non dari alterum inuentu, quod siue vt medicamentum, siue vt nutrimentum exhibeatur, horum insuper vtrumque compos sit, siquidem aut modice attenuando humens præbebit alimentum, veluti sunt panis, oua & pisces, aut si etiam incidendi facultate opus habuerimus eandem moderate possidebit, quare huius gratia aceti nonnihil ptisanæ iungimus, interim refrigerandi humectandiq; qualitates febribus in primis opportunas retinebit, & hæc est parandæ ptisanæ ratio: addunt tamen aliqui vel porri vel anethi paululum. Hanc ptisanā tantopore Hip: sorbitionis gratia commendauit. De aqua verò hordeacea cuius nunc frequentissimus

vsus febrientibus est, Græci nihil tradiderunt, Arabes nonnulli eam tantum designarunt, Auerroes, Mesues & Auensor. Auerroes officere ventriculo fatetur, simile potest vel ex Hippocrate elici & Galeno primò de ratione victus in acutis. Interim cùm ibidē Hippocrates ptisanæ laudes recenset asserit inesse lenticitatem quandam ptisanæ lubricam, leuem, continuam, blandam, & moderatè humidam, arcendæ siti & ablutioni necessariæ satis idoneam, astrictione carentem, nec procreantem tormina, nec ventriculum inturgescere facientem, si modo vt primò de alimentis Galenus affert, inter coquendum intumuerit, quantum plurimum intumescere poterat. Et hæc omnia de ptisana & eius facultate dicta sunt, non de aqua hordei, quā facile est credere quod officiat ventriculo, non secus ac hydromel ob nimiam eius humiditatem, qua nauseam parat, & os ventriculi labefactat, simile enim in aqua hordei reperitur, & præcipuè non exactè cocta & correcta, nec ad benignam viscositatem reducta, tum quoque nimia humiditate sua, os ventriculi subuertit, nauseamque parat, & ita constat totum præconium ptisanæ, non autem aquæ nostræ hordeaceæ congruere. Nocumenta verò quæ ptisanæ inesse dixêre aliqui iam sublata sunt. Ex verbis citatis vnicum nocumentum

tum

tum restat, cum inpingunt scilicet ptisanæ quod in febrientium ventriculis acescat, Hac de re Galenus 1. de febribus ad Glauconem respondet, & propterea quoque acetum ptisanæ miscet. Si verò tale quid contigerit non ptisanam incusabis, sed ventriculum potius cuius hoc causa factum sit, constat enim acetum indi ptisanæ penetrationis & maioris incisionis gratia. Quare qui tam inepti ventriculi, ptisanam citra acetum habeant, & ita omni crimine ptisana libera erit. Arabes autem prædicti de aqua hordei loquuntur, conditiones vtcunque quas prius assignauimus hordeo assignantes. Decoctionem fieri aiunt vsque ad ruffedinem, quemadmodnm olim etiam in libello de dextro medicaminum vsu indicauimus: Mesues tamen decoquit ad mediæ partis consumptionem, & attribuunt huic aquæ prædictas ptisanæ laudes, interim tamen fatentur officere ventriculo, quare nonnulla grana masticis tria nimirum aut 4. decoctioni addunt. Et hæc sunt quæ de hordei aqua adduci poterant, monentes interim cùm eam offerre volumus, cũque longo vsu accepta sit, vt exactè decoquatur, & in nostris regionibus, tum nostris corporibus, febribus, correctionis nocumentorum minimè simus inmemores, vltra enim grana masticis, quandoque pauxillum anisi,

quandoque cinamoni certissimè addi potest. Satius tamen esset si sorbitionibus ptisanæ insisteremus. Aqua cicerum iam apud nõnullos locum habet, atque abstersoria, sudoris elicitiua, alui lenitiua, & vrinæ prouocatiua, Mesues hæc omnia tribuit huic decocto, nihilominus in vsu veteribus non est. Dicet itaque aliquis: cùm Galenus primò de regimine in acutis fateatur, ptisanam hordei omnes ciborum ex granis apparatus excellere, cur etiam decocti cicerum nõ meminerit. Hoc quidem propterea factum consideramus, quod idem Galenus asserit primo de alimentis capite de ciceribus, ciceres non minus esse flatulentos fabis, Hinc est, quod veteres ab oblatione decocti cicerum abhorruerint, quãuis prædictarum facultatum ratione vtilis haberetur, tersione scilicet, nutritione & vrinæ ductu. Tergit autem cicer nitrositate quæ cortici exteriori inest. Item dulcedine, quam tenuior pars ciceris obtinet, etiam vnà cum priori tersione vrinam euocat, crassiore autem parte sua etiam nutrit, easdem prorsus operationes Hippocrates attribuit ciceri albo, secundo libro de victus ratione in acutis, Galenus verò sexto simplicis medicinæ libro, ciceres tum albicantes tum nigricantes frangere calculos, & euocare vrinas, lenire denique aluum, & ea facultate nigricantes

gricantes vel ruffescentes plus albicantibus pollere. Hinc practici prudentiores eligunt ciceres nigriores, vetustiores, eos ipsos aqua, per noctem macerant, eãdem aqua rursus decoquunt lento igne, quam exhibent in potu magna efficacia his qui calculosis affectibus premuntur. Verùm decoctio aliàs cicerum alia non est, quam aquæ hordeaceæ, & omnes ferè actiones attribuuntur huic cicerum decocto quæ aquæ hordeaceæ assignabantur, vnico dempto quod cicer non secus ac faba flatulentiam minime remittat, quare huius rei gratia talis decocti veteres parum meminêre & rarũ habuit vsum, Mesues in capite de cicere binas essentiales partes ciceri tribuit, penitiori tamen pensione ex nostra relatione tribus dotata est. Nunc de oximelite id est aceto mulso agemus, dum ipsius compositiones, & quomodo hodie pharmacapolis, vel simplex veteribus commendata compositio nõ habeatur, & ita temperatissimam eius confectionem olim à Galeno traditam, & veteribus vsitatam magno fructu febre laborantium etiam synocho perpendemus. De oximelle considerandus erit Hippocrates in tertio de ratione victus in acutis per longum, & primo quoque de regimine in acutis libro. Constat enim oximel præcipuum quasi locum habere in laborantibus febre acuta.

Nam crassa in ventriculo & venis attenuat, incidit lenta, egregiè terget, farctu liberat, citra manifestum calorem, hinc nec febres accendit, sputum euocat, sitim sedat, & alia quamplurima efficit. Vsus tamen immodicus intestina rodit, neruosa ledit, excitat tussim: Tamen vel in synocho etiam tuto offertur vt Galenus libro 2. Therapeutices docet, si mixturam & compositionem expendimus, fit ex melle, aqua simplici & aceto. Mesues quæ Gal: oximeliti, hæc suo acetoso syrupo simplici tribuit, compositionis quadam affinitate. Quemadmodum enim Galenus 4. de sanitate tuenda accipit in compositionem aceti albi acerrimi libram 1. mellis optimi libras 2. aquæ fontis libras 4. Coquuntur simul lento igne ad tertiam vel quartam, spuma interim decocta, quam si multam melegerat malum est. Quare diutius ad iustam despumationem coquendum. Optimum autem mel spumæ minimum reddit, & breuissimo tempore coquitur, & plurimũ quã quartam partem eius quod fuerit initio amittit. Si optamus valentius oximeli, aceti tantum miscemus quantum mellis, aquæ duplo, quale describit Paulus libro septimo: simile inquam facit Mesues in suo acetoso simplici syrupo, quoniam facit mitiorem aceti partibus tantum duabus mixtis, valentem mixtis 4. me-

diocrem

diocrem denique tribus. Cum autem omnibus vna mensura minimè placet, hi enim acetosius, illi mellitius magis amant, misceatur itaq; pro cuiusq; palato, quemadmodũ & Ga: dicto de tuenda sanitate libro docuit. Si autem vnicum volumus parabimus imbecillius, cui medicus acetum addere vtendi tempore pro commoditate poterit. Si verò in vsum diuturnum parare cupimus, tanto perfectius, donec scilicet aceti mellisq; qualitates prorsus fuerint vnitæ, nec acetum adhuc gustanti crudum appareat, & ita parant quidem nostri Pharmocopolæ, sed indiligenti prorsus coctione & mixtura, quod sæpe non nisi multo liquore dissolui potest, cùm aliàs facile aliquo liquore potabile redditur. Id autem quod quadrifariam Galeno coquitur ad tertiam vel etiam quartam partem, parum diu, vt octo scilicet dies vel circiter, præsertim æstate seruatur integrum. Nam corruptione in acetum degenerat acerrimum. Refugiunt itaque pharmocopolæ nostri temporis renouationem crebram, cùm exacta coctione oximel egeat, & interim non duret, præsertim tempore calido, quemadmodum & hydromeliti accidit. Aliter tamen coquit oximel Dioscorides & post eum Plinius. Sunt autem hydromeli & oximeli Medicis quasi πολύχρισα id est, plurimum vsum exhibentia,

 propterea

propterea typum syruporum præferunt, vt in libello de missione sangninis item libro 1. aphorismorum apharismo 24. libro 3. methodi Galenns indicat. Nam his incoquuntur quæ operationes eius intendunt, tenuantia, incidentia, tergentia vt hysopus, thymus, satureija pulegium, origanum, calamintes, & quæ ipsius vim ad partem affectam deducunt, vt asplenium, thamarix, in obstructionibus lienis eupatorium, cicorium in epate obstructo. Quare Paulus Ægineta constituit oximel splenicũ, id est, spleneticis congruens, & oximel calculosis efficax. Imo purgantia oximeliti incocta vacuant, benignius & cùm efficatia vt est Cnicus agaricus pituitã, Epithymus polipodium chamædris, chamæpythis, helleborus niger melancholiam, Rhabarbarum scammonium bilem flauam, cortex radicis sambuci, iris, colocynthis aquas ita vt vnum id pro omnibus ferè tum iubebis, syrupis esse quiuerit dummodo dexter accesserit vsus: hinc etiam Mesues habet oximel colagogum phlegmagogum duplex, & melancholiam purgans. Oximel verò id quod nunc pharmacopolæ nostri ad consistentiam syruporum coquunt, vt seruari possit, per se quidem est potentius quàm aquosius & minus coctum, remittit tamen efficatiam liquorum copiosorum mixtura. Aliud verò

gratius

gratius est & citius ob fluxilem suam substantiam penetrans ac suam facultatem exercens, & hoc aceti ratione, tenuitatis enim aceti vis non minus quàm aquæ fluxilis substantia iuuat, vt Galenus primo de simplici medicina tradit. Aquam autem vt cætera humida iuuare distributionem Hippocrates aphorismo 11. libro secundo commonstrat, & Galenus libro quarto de vsu partium mox â principio, illud igitur oxymel crassum vix est potabile nisi diluatur, vel aqua cruda, aut stillititia aut alio quopiã liquore. Dicet nunc aliquis, potest ne medicus vti alijs quoque syrupis vt quem de bizantijs, de cicorea de endiuia, de radicibus construunt. Ad hoc respodemus omnia contineri si respicimus obstructionis apertionem sub oximelite & inter reliquas syruporum decoctiones quæ cum melle plærunque vel saccaro parantur, semper timemus ne ex taliumoblatione vtcunque obstructa liberent, ne tamen febres intendant, & ita oximel maiori exhibetur securitate, quod scilicet citra calefactionem obstructa aperit, & expurgat, nihilominus & syrupis vti possumus temperatioribus, vt illo de bizantijs simplici, in quo appium quod primo gradu calidũ est incoquitur. Ga: autem 11. Ther: in principijs febriũ appij decocto vtebatur, & ita cõstat ex sua temperatura,

tura nos in principio etiam vti posse syrupo de Bizantijs & simili temperato. Si autẽ febris intentior fuerit, tali syrupo acetum addere possumus, vti eo quoque & similibus in fine febrium poterimus. Et etiam ad oculos patet omnes syrupos esse decocta quædam ex melle vel saccaro, oximel verò in proposito nostro superat alias omnes decoctiones. Si verò inferet aliquis rogando, nũ oximel habeat nocumenta aliqua, dicimus ex Hippocrate libro tertio de regimine in acutis quod intestina excoriet & neruis quoque obsit, penetrationis & frigiditatis aceti causa, & in tali casu vbi vel excoriatio intestinorum esset timenda, vel nerui doloribus essent obnoxij, tum oximel non est propinandum, aliqui tamẽ ne vtilitate oximelitis priuentur, si ex eo abrasionẽ intestinorum timent, prius clistere intestinis vnctuosum ingerunt, & ita cauent excoriationem. Nunc de melicrato vel hydromelle seu aqua mellis, vel aqua mulsa vel aqua mellita agendum nobis erit. Præcipua enim hæc tria habentur & eorundem vsus in putridis ferquẽtissimus est. De hydromelle verò Hippocrates agit 3. de ratione victus in acutis asserens lenire ventrem, prouocare vrinam, sudorem, & reddere facilem sputi reiectionem. Interim etiam hydromelli nocumẽta inesse fatetur, hæc scilicet. Primò quod

in

in febribus arsiuis transeat in choleram, secundò quod offendat partes intrinsecas phlegmone obsessas, & in tumorem attollit: obstructiones enim vbi excreuerint faciunt hærere hydromel, nec liberum sinunt transitũ & ita in bilem flauam commutari consueuit. Mellis autẽ loco zaccaro vti possumus. Arabes græcorũ quasi simiæ ex zaccaro plæraq; conficiunt, quæ veteres ex melle parare solebãt, ita mel veteribus consuetissimum fuit, nõ secus ac zaccarum Arabibus, & nostræ ætatis hominibus. Si itaque febris in calore non excesserit, epar denique & splen neque obstructiones effatu dignas, aut tumores aliquos commonstrauerint, tum hydromel citra omnem iacturam locum habere potest, imo si ab eius vsu tale quodcunque nocumentum nos auocauerit, iubet Hippocrates momentũ aceti iungere, vnde emergit quasi oxysaccarũ simplex à Mesue traditum, in quo habetur incisio, tersio & obstructionũ aperitio, nõ secus ac in oxymelle vel syrupo acetoso simplici Mesues, & ita patet Hippocratem & Galenum vsum oxymelle per totum affectus febrilis cursum nec aliud obtulisse quidquã. At nocumentum forsan ad huc obijci poterit, cùm dictum est in choleram conuerti & tumido epati tum spleni incommodare, cùm non possit obstructionis gratia permeare, cùm

in omni putrida fit, etiam obstructio, & ita aqua mellis æque incommodabit cum permeare vasa non poterit, sed in transitu hærebit, & ita in choleram vertetur. Ad hoc respondetur hydromeli exhiberi & offerri, nonnisi in exiguis obstructionibus, vel etiam quod parum mellis aquæ iungimus in tali affectu, & ita hydromel aquosius & penetralibus constituemus, vel quòd adijcimus aliquid aceti quod iustè fieri potest, cùm Hippocrates & Galenus oxymelite in potu vsi sint. Numquid febrientes putrida etiam aqua vti possint quæritur? Galenus & Hippocrates aiunt de aqua purissima, & omnino aliena qualitate destituta, quam vt nunc intelligimus. Talis igitur quanquam optima sit autore Hippocrate, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationisque plurimùm parit, quo fit vt cùm ventriculus biliosus fuerit corrumpatur, præterea & cum ex ventriculo ad ieiunum ægre perueniat, nec facile distribuatur in epar & minus in renes thoracem & plumonem, hinc fit vt neque vrinas mouere nata sit, neque sputum educere, imo neque per totum corpus molitur transpirationes. (Id namque substantiæ quæ tenuium sit partium opus est, calidæq; non frigidæ & crassarum partium) neque sitim præterea sedat, quod in amplis tum vē-

tris,

tris, tum inteſtinorum animalis inſtrumentis pluſculo maneat tempore, neque prorſus imas penetret partes, neque ſiccitatem humectet quod autem non alat ſatis conſtat. Inde *neque facultatem vitalem corroborare poteſt, & hæc eſt cauſa ob quam Hippocrates ad mulſam, oximel, & vinum ſe contulit in ægris, ab aqua abſtinens. Dicet iam quis, ob eas igitur cauſas nunquam quis in ægris aqua vtetur, cùm tamen ea vtantur alij quidam medici, atque etiam Hippocrates, ſed hi minus cæteri magis. Recentiores enim, qui mulſa, oximelite, & vino minime dextrè vtuntur, decepti ad aquam recurrunt, tanquam ea quæ non inſigniter quod præter animi ſententiam ſuccedit habet, cùm in virtute aliqua euidenti polleat, & ideo Eraſiſtratus aiebat, fortes tum ciborum tum potuum facultates tempeſtiuè quidem aſſumptas maximum iuuamentum, imtempeſtiuè uerò maximam noxam inferre. Viciosus autem tum oximelitis, tum mulſæ, tum vini vſus, is ſanè vel ob repentinas oritur mutationes, & præcipue ob ſinceram à medicis factam permixtionem, igitur Galenus ægrotanti cuidam quotidie vinum aquoſum exhibens præſente quodam ſatis perito medico, qui*

cum

cum videret Galenum momentum aquæ miſcere vino, riſit dixitq́ue ægrum, non bibere vinum ſed videre tantum, non intelligens mixtionis vim quod ad ægri delectationem fieri ſoleat quandoq;, nonnunquam ad virium fulcra ſuſtinenda, quandoque autem penetrandi cauſa, vt aqua facilius permeare queat, & ita Galenus tum Hippocrates aqua pura & cruda in ægris rarò vel nunquam vtebantur, niſi per mixtionem aliquorum ex tribus melle ſcilicet zaccacro vel vino. De alijs in potu vſibilibus etiã affert Hippocrates in 3. de regimine victus in acutis, & Galenus ibidem in commentario oſtendit Hipp: librum promiſiſſe de cura cuiusq́ue febris & partis affectæ, ſed deſideratur. In genere tamẽ, et vulgato noſtro vſu vtimur aqua cum melle vel zaccaro cnofuſa, crudè vel coctè, cocta tamẽ plus, cui minus ventorum ineſt, vel vtimur aqua hordei, quam nonnulli aliqua parte vini permiſcent, quod ita non probatur, vel aqua ſimplici cocta, ſeu cruda etiam vtimur vini admixto momento, quod magis conuenit. Sed inferet nunc forſan aliquis Galenum 11. Therapeutices iubere, quo in ipſo febris vigore vinũ minimè offeratur. Ad hoc reſpondendum quod pauxillum vel in his ipſis porrigi poſſit, miſcendo ſcilicet ad minus penetrandi ratione. In effugiendis aquæ periculis

lis

lis, crudæ scilicet, febricitantibus vt prius dictum est, hordeacea offertur, si stomachi vires eandem quoque prohibuerint grana miscentur aliquot masticis, etiam coriandri, quandoque ita & aqua mellis vel mulsa aquosior per se, quæ in nostris partibus coquitur & multo in vsu est, sæpe frangitur mulsa potentior mixtura simplicis aquæ, tamen quæ post vel remouendæ ventositatis gratia etiam decocta sit, vt dictum est, cùm febris nimium non excanduerit propinetur, satius etiam cum zaccaro nostra ætate cõficitur, imo aquæ nonnunquam haud importunè aceti etiam momentum iungimus: & ita quidẽ constat aquam crudam & simplicem secundum Hippocra: nullam alendi aut attenuandi vim obtinere, nec medicamentosi auxilij possidere aliquid, sed cibarijs admixta, vel etiam cocta per se, vel inde mulsa aquosior reddita, culpa, si tantum bona fuerit, carebit. Aqua tamen vtcunque quemadmodum Trallianus vult, neque alit neque attenuet, nullum denique medicamentosum auxilium præstet, cibarijs tamẽ alijs admixta culpa carere omni asserit, & prosequitur ex Thaletis quasi schola laudes aquæ hoc pacto. Aqua etsi vt nõnulli volunt quod non nutriat, omnium tamen nutriendi facultatem promouere, & quasi vitales inserere spiritus, vnire & continere diuersa euidẽ-

pendantur, in nonnullis enim ab vncia j. & vncia j. ſ. vſque ad vncias iij. progredimur, & illas ita primi ordinis ſtatuere poſſumus. In quibus verò ab vncia vna progredimur tantum ad vnciam j. ſ. ſecundi ordinis in ſoluendo eſſe dicimus. Medicamenta enim tertij ordinis habentur, quæ drach. j. pondere exhibentur: quæ in ſcrupulis vel gran. offeruntur quarti ordinis, & ita ex pondere aut doſi ſi voluerimus, gradus talium venari licebit. Nunc quibus auxilijs veteres in leniendo ſunt vſi, & quæ veteribus indicta, ac recentioribus tantum prædicta vſitataque oſtendere conabimur. Inter ea quæ à recentioribus in vſu ſunt, ſtiptica quædam habentur, quare in vſum non vertenda, præſertim in affectuum initijs, quemadmodum ſunt mirabolani, quorũ quinque ſpecies deſcribunt, de quibus etiam Arabes tantum conſulendi, cùm horum Dioſcorides vel Galenus non meminerit, & ſanè inter lenientia numerari non merentur, cum ſint aſtringendi facultate præditi, & propterea in affectuum initijs minime exhibẽdi. Thamarindus Actuario Oxiphœnix dictus, recentioribus frequens in vſu, & Græcis quoque poſteriobus dactylus à digitorum forma dicitur. A ſapore acetoſo palmæ ſylueſtris fructus, chologo-

gum

gum dicunt comprimendo, sed hoc proferre nihil est, simpliciter & verè pronunciando refrigerat & lenit. Quare febre correptis plurimùm confert, vbi ventriculi requiritur lenitio, refrigeratio tamen illis intensa non est. Nam quandoque in flauam bilem conuerti consueuit, hinc Tamarindorum decoctio locum habere potest, cum febrem non intendat, sed refrigeret, & leniat. Mannam cholagogum referunt nostra ætate ab vncia j. ad vncias iij. offerri consueuit, si rem penitùs rimemur, mel aërium in libro 3. de alimentis à Galeno dicitur est, cum rore generis ac melli respondens. Nam apes rorem colligentes mel generant, Manna autem nihil aliud est quàm ros cœlitus decidens, sicuti priori anno in prouincia Carinthia visum est, & per me gustatum. Eadem etiam prouincia miraculose frumentacei generis forma ex aëre delapsa est, ita vt panes inde confecti, sed insalubres & mortiferi edentibus, Manna autem minime, estque albicans, & dulcis lentore paruo grummoso complicata. Meminit etiam Galenus in æstate super arborum herbarumque folia mellis quāplurimum repertū esse, vt gaudio exultantes rustici cantarēt, Iuppiter melle pluit. In Græcia raro hoc euenire indicat, in Lybano mōte sæpius, in his verò nostris regionib:

quod à Galeno 11. Therapeutices demonstratum est, vbi scilicet est facta euacuatio. Sic enim ait Galenus tum maxima cum fidutia balneo lauamus, vel his quæ habitum rarefaciunt medicamentis vtimur, vel aquã frigidã, vel vinum bibendum damus, cùm notas humorũ coctionis cernimus. Vbi verò magnitudo febris resistit, sicuti in continuis, nec vino vtendum, nec lauacris, nec his quæ rarefaciunt vnctionibus. Si autem vinum hydromelli comparare intendimus, ac nosse quod horum excellat, vidẽdus erit Hippocrates de victus ratione in acutis 3. libro. Restat vt de varijs lenientibus auxilijs sermonẽ faciamus, quibus partim veteres græci, item Arabum turba, et plures recentiores omni tempore, etiam non expectata coctione, in febribus leniendi gratia, in vsum assumpserunt, cùm materiam scilicet febris propriam non agitent, incoctã illam scilicet, quam neque mouendam monuit Hippocrates, sed quæ in sensum veniunt auxilia, absque agitatione leuiter emolliunt, & aluum leniunt, ea Arabes dixerunt euacuare leniendo, lubrificando, comprimendo &c. vt & Mesues in primo libro habet. Lenitiua autem auxilia ea nominant, quæ leniunt superficiẽ membri, vt mole sua materia vel superfluitas dilabatur, cùm se ingerat superficiei & materiæ. Huiusmodi naturam habere ostẽdunt

dunt mannam & cassiam. Item lubrificatiua quæ quidem partibus materiæ se implicant, & eandem fluxilem magis & lubricam reddunt, ita compressiua ea dicunt quæ comprimendo euacuant. Attractiua verò, quæ ad intestina trahendo materiam ad extra pellunt. Hæ sanæ distinctiones à Galeno nusquam delinitæ sunt, verùm vbique pronunciat subducere ventrem & certum purgare humorem. Cum itaq; res ita se habeat, vtiq; dici nequit ad hanc formam, alia scilicet comprimendo, leniendo, lubrificãdo &c. euacuare. Sed potius pronunciandum cum Galeno hanc vel àliam medicinam à proprietate lenitionẽ aut eductionem obtinere, & hinc est, quod veterum doctrina nullam talium distinctionem admittit. Sũt autẽ lenitiua in morborum et febriũ principijs commodæ oblationi respondentia, veteribus partim cognita, partim etiam ignorata, & recentioribus vsitata, quorum mox luculentiorem mentionem faciemus, primò tamen ordines lenientium, seu gradus, quos recentiores depromunt, paucis ostensuri, qui aiunt in primo ordine soluentiũ esse lenitiua. Hinc dicat forsan quis, quonam pacto talia subductiua an primi, secundi, tertij ordinis vel gradus sint, cognosci possit. Ad hoc non secus quàm ita dici potest, scilicet auxiliorum quorum nobis est vsus omnes doses per-

 pendantur

ter constat, ita videre est, terram arescentem, ac præ siccitate fissuras nactam, eadem aquæ facultate in vnam massam compingi, inde fruges enasci & adolescere, farinã quoque maceratam tractabilem & sequacem, in libum & vnionem quandam redigere. Quare aquam summis viribus pollere ait, neq; quidquam esculentorum neque potulentorum, tam multiplicis vsus esse aqua scilicet ipsa: & in summa beneficio aquæ tribuit omnia, eadem cuncta ali, augeri, iuuari, & in vnum cogi, & in vnione conseruari. Iam in febribus & vini potio quandoque concedi potest, vel ad minus mixtura vini cum aqua, seu cruda seu cocta. Quare de vino pauca ita percipiamus. Cum plures enumerentur vini differentiæ, medico tamen tres tantum considerandæ veniunt: Facultas scilicet, vnde aliud potens, aliud verò imbecillum habetur, aliud medium atque aliud quod medium hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehementer celeriterque calefacit corpus, caputque ferit, imbecillum contrario modo agit. Item substantia, vnde resultat, aquosum & tenue, tum etiam valde crassum & horum medium, atque ea quæ medium hoc & extrema interiacent. Tertiò sapor, vnde dulce & austerum habetur, & ex his medium, tum quod ex vtraque constat qualitate, inde & id habetur

quod

quod acre appellatur. Dulce lenit ventrem, austerum abstergit, potens diximus ferire caput, & discutit quoq; vẽtos, imbecillum hoc minus agit, & ita crassum & tenue diuersas possidet operationes, reliquæ differentiæ has primas & essentiales comitantur. Calor enim per se nihil indicat, ita nec tempus, si enim assumatur vinum rubeum, item & albũ æqualia sapore, substãtia, & facultate, nulla succedet in actione differentia. Color enim non agit, sed ostendit sibi extremum quiddã iungi, ita tempus quatenus vina nec acriora nec calidiora fiunt, atq; vnà cum his tum calorẽ, tum substantiam, tum odorem non maturauerint, nihil differẽtiæ ostendet. A nemine enim hoc pacto, vel vetus vel recens dicetur, vina enim non ob tempus vel iuuant vel lædũt, sed ex propriarum differentiarum mutatione id habent. Quare totum hoc consideretur, potius per accidens quam per se, & propriè. Dulcedo autem & austeritas porpria ratione, sic & facultas seu potentia, tũ imbecillitas, ita & tenuitas & crassities, differẽtia verò ex odore, colore, et alijs nõ primitus, sed per accidens cõsideratur, & hæc ab Hipp. et Gal. in 3. de ratione victus in acutis tradita sunt. Vinũ verò quod in febribus etiã offerri potest, omnino esse debebit minime potẽs, albũ, nec crassũ, exhiberi debet eo tantum tempore

rariſsimè, & cum omnium non rara admiratione. Mel itaque generatur ex manna per longiorem coctionem, quare mel manna calidius eſt. Nunc mellis loco vt plurimùm zaccaro vtimur, cui Galenus in 7. ſimpli: medicin. capite de melle, eandem facultatem adſcribit, leniendi ventrem ſcilicet. Mercurialis à Dioſcoride Linoſoſthis etiam cholagogum ponunt. Manna itaq; & Mercurialis etſi calidæ temperaturæ ſint, flauam tamen bilem euacuant, propterea etiam his in principio febrium vtimur, ſubducunt enim citra agitationem, de mercuriali veteres quoque tradidere: Dioſc. choleram & pituitam ſubducere: Gale. ſimpliciter ventrem ſoluere aſſerit, & quẽadmodum facultas ipſius roſæ, ſi diutius maceretur, vel infuſa fuerit, tandem ſyrupum conſtituit magis ſolutiuum: ita facile de mercuriali nobis perſuadere poſſumus, ſi ſimili modo maceretur, inde reddi poſſe ſyrupum, ventris ſubductorium. Veteres itaque mercuriali in ventre ſubducendo libenter vtebantur, cùm ſimilia lenitiua ipſis non ita ſuppeterent Mannæ meminit quidem Galenus, at in vſu leniendi ventrem veteribus, quemadmodum nunc noſtris non erat. Nos enim ab vnci. j ad binas, ad ternas progredimur. Medicinis quoque alijs eandem commiſcemus, vt potiones ſeu medicamina gratiora

guſtui

gustui, & vtiliora in agendo euadant, exempli gratia optimum medicamen sic conficimus. Recipe Tamarindorum drach vj. gran. sebesten nō. vj. seminum comm. maiorum frigidorum excorticatorū drach. iij. Bulliant in aquis violarum & buglossæ, huius decoctionis. Recipe vnci. iiij. vel v. in hac dissoluatur mannæ electæ vnci. j. vel vnci. j. ß. Fit potio leniens, simul etiam calorē febrilem mitigans, exhibetur paululum ante pastum. Nūc de cassia quoque fistulari, Græcis ignorata dicendum est, nota tamen recentioribus vt Actuario & Arabibus præcipuè, tum nostra ætate leniendi gratia frequentē habet vsum, alias sningodes & nigra appellata, affertur ex Orientalibus & Meridionalibus partibus, optima est collucens, granis plenior, & quæ concussa granis intus inclusis non strepit, atramento intus seu pulpa pingui splendente succulento, non situlento nec putri, calida humidáque primo gradu, leniendo vacuat & humores quasi omnes benignè subducit, pueris & pregnantibus tum in febrium initijs dextrè exhibetur ad drach. vj. vsq; ad vnc. j. & vnciā j. ß. Eius ventositatem corrigunt plures admiscentes paululum pulueris anisi, si aluus fluit corrigunt etiam mastice aut mirabolanis assis. Rasis vero in cura tertianæ vtitur correctione talium lenientium cū mi-

 rabolanis

frequentem eius vsum præterquam quod in his febribus non commodet, etiam vigilias adaugere dicat, ita profectò nec granatorum vsum copiosiorem hac parte probamus, qui blandientibus medicis citra omne discrimen permittitur. At vtilitas semper his blandimentis inutilibus præponenda est, similia namque astringentia quemadmodum iecinoris phlegmoni incommoda. Propterea vt Galenus ait, quod bilis meatus arctant, ipsamque bilis excretionem prohibent, ita in putridis meatus coërcere ac prohibere liberas excretiones creduntur, aliàs tam iustè exhibetur aqua hordei cum Iulebo: Item Iulebus rosatus, qui ex rosaceo & zaccaro fit, verùm satis erit aquã indere simplicẽ. Nostri nunc operantes pro demolitione febris & refrictione syrupũ de acetositate citri propinant, vbi hoc spectandum, quædam acida esse cum zaccaro, & hæc ipsa ventrem leniunt, quædam ex fructuum succis, vt arãtijs acidis, limonibus, malis punicis, quæ sane obstruentia sunt, syrupo itaq; ex acetosæ succo, & eo qui ex acetositate citri aut limonum conficitur in putridis vti dextrè nequimus. Quare his nec Hippo. nec Gal. vsus est, sed sunt vndequaq; vtilia deligenda. Et ita vtũtur nõnulli syrupis quibusdam refrigerãtibus simul & lenientibus, vt est syrupus de cucurbita.

cucurbita. Sed dicet forsan quis, nonne alia quoq; frigida simplicia reperiri possunt, vt nimphæa, nenuphar dicta, quæ duplex est, vtriusque radix & semen frigidum, verùm siccans & cohibens perhibetur, quare cum aliqua ex parte cohibeat, inde syrupum aut decoctum conficere consiliũ non est. Verùm cur ex lactuca syrupus non constituatur, quo in intentione vehementer refrigerãdi vti possemus, mirari vtique subit, cùm aliàs damus de pomis aut cucurbitæ succo, aut copiosè etiam frigidam offerimus. Itaq; ex portulaca, intybo, cichorio & maximè ex cucurbitæ succo, syrupus constitui poterit, dimissis astringentibus, quibus vtiliter & præsenti remedio vti facile poterimus, multa talia neglecta quidem iacent, quorum tamen vsus est saluberrimus, quæ etiam sitim & vehementẽ febrium ardorem potentem restringunt, magna frigiditate & humiditate citra vllam obstructionem, imo quæ & gutturis asperitatem in calida & sicca expiratione, per febres ardentes secutam lenire valent. Quibus omnibus dextre vti possumus cùm infrigidandi ratio maior nos ad opus vocat, nunc quoque vnitam aquam hordei, Iulebos & syrupũ quãdoq; de cucurbita exhibẽt. Quod reliquũ est, breuiter de catarcticis administrãdis nos in hac parte absoluem⁹.

Quẽadmodũ

mellicrato cocta, vnà cum brodio lenitionis ratione assumantur. Est præterea vt Galenus super tertiũ de victu in acutis refert perpetuo agendum, vt prius ingerantur quæ facilius corrumpuntur, & magis subductitia sunt, aut subterlabentia, posterius verò cõtraria. Videmus tamen oppositum, exhibita enim cassiæ vnci. j. quasi in puncto vno ante cibum eandem magis operari, quàm si per horam ante cibi vsum exhibuerimus. Quare dicendum est, vt hæc & similia offerantur interiecto pauxillo interuallo, ac sic tandem cibum suum posse habere locum. Si enim cassia per horam ante pastũ deuorata fuerit, à nostro calore sub hoc temporis spatio poterit actuari, & sic in halitus dispergi, et ita facultas medicamentosa exoluetur. Cùm verò intendimus cassiam pertingere debere renes, tum vtique per horam ante pastum exhiberi poterit, aliàs cassiæ exhibitio parum anteuertet cibi vsum. Sic enim à calore non ita exoluetur, ac efficatius operabitur. Nunc expungemus etiam errorem eorum qui in putridis frigida exhibent, quæ astrictionem habent coniunctã, imo asserunt talia resistere febri, vt poma granata, succum arantiorum, cerasa siccata & decocta, sandalos, spodium &c. Didicimus nimirum ex 11. Therapeutices tum ex 8. de medicamentis secundum

loca

loca li. quod obstructio pariat putrefactionẽ. Quare in febribus quæ obstruũt remouenda sunt, tanquã ea quæ etiam obdurationes augent. Quare monuit Gale. in putrida, putridũ esse resecãdum, sudorem euacuando, vrinam mouendo, aluumq́ue leniendo, & ita nos ad demoliendam putredinem armatos esse voluit, non autem cum astringentibus, sed cum his quæ partim adhuc enumerabuntur, oximelle scilicet, syrupo acetoso, & alijs. Interim tamen consideratu dignum est, in febre pestilentiali, quæ non ex obstructione, sed maligno aëris afflatu nata est, vinum granatorum, cãphoram, caphurã aliàs, sandalos, nos cõmodè exhibere, in alijs non item: quantumuis velint talium adstrictionem corrigi debere, & sic tandẽ in vsum conuerti posse, etiam putridas. Præstat in his putridis præsertim vti, quæ nihil incommodãt sed quæ plurimùm iuuãnt. Nec hac parte blandiendũ ægrotis est, sed vtilitati prospiciendũ, quare magna cura & animaduersione in recentiorũ scriptis versandum est, cùm artis ipsius tractamus opera. Recentiorũ enim multi camphora (quam Aëtius & Acturius caphuram nominãt) frequenter & copiose in putridis vtuntur, theriacæ & alijs compositionibus immiscentes, ita vt hac ætate in omnibus febribus scribat quidam ex Theriacæ & camphoratæ, cũ tamen Serapio

frequentem

rabolanis in ipso affectuum initio. Auicenna eundem reprehendit. Nam rectificare mannam, cassiam, & alia lenientia cum mirabolanis, est statim adferre astrictionem quandã, propter mirabolanos. Quare satius est initio talem correctionem requirere, & ita vti licebit simpliciter manna, cassia, mercuriali in brodio carnis, vel inde si libuerit, ex mercuriali dico, constituatur syrupus, qui ante pastum exhibeatur, quemadmodum cassia, vtcunque nunc in vsu non sit. Violis quorum & Græci meminerunt non vtimur. Mirabolanis cum astringentis facultatis sint quoque non vtimur, reliquis quia leniter subducunt, & citra materiæ febrilis agitationem apposite in vsu nobis erunt. At prius diximus talia esse in primo gradu educentium & maximè quæ offeruntur ab vncia j. ad vnci. iij. Dicet verò aliquis. Electuariũ de sebesten, cuius oblatio in vncijs est, erit in primo gradu subducentium, quare eo in principio cõmodè etiam vti possumus. Respõdetur hoc electuarium non esse in primo gradu subductiuum. Virtus enim vacuatiua quæ inest huic electuario continetur in 15. scãmoneæ granis, quæ ingrediuntur compositionem electuarij cuius talis exhibetur dosis. Quare non erit in primo subducentium gradu,

du, sola enim medicina in primo gradu sub-ducere dicitur, cuius immixti & simplicis sui propria ratione offertur vncia j. vsque ad vncias iij. sed huius electuarij nō datur vncia vna & ʃ. vel plus ratione sui propria, sed ratione scammoneæ, quæ in tali dosi exhibetur, cùm scilicet talis dosis euacuet, præbendo scilicet grana quindecim & est subductiua in quarto gradu, hinc in principio ratione leniendi Electuarium de sebesten non erit exhibendum, & ita incumbit, medico haud vulgaris diligentia in exhibendis ante coctionem & in principio subductiuis. Hinc non possum non laudare hac parte Auicennam, qui ait sibi magis dilectū, enema construere, quàm medicamenta ante coctionem per superius infundere. In lenientibus exhibendis etiam tempus considerare conuenit, vulgaris operandi ratio habet, vt exhibeantur vna hora ante cibum, & nituntur Galeni autoritate secundo de alimentis capite de prunis, vbi monet pruna sumi debere, tum omnia alia laxantia: ita etiam eodem libro de persicis, quò prādium tamen non statim, sed aliquantulo interuallo post talium assumptionē inchoetur, maximè si dulciora illa asseruata etiā & cum

mellicrato

Quemadmodum enim totum corpus prius rarefacere, aut vino refici, vel aqua lauare dulci minime expedit, nisi prius signa coctionis aderunt: ita quoque catarctica id est, purgatoria & familiarem humorem trahentia medicamenta, nisi signa coctionis medico conspicua fuerint, minime exhiberi cum fructu possunt. Talia enim medicamenta, non calore solo, sed qualitatum substantialiter insistentium proprietàte, seu totius substantiæ similitudine, & simili 4. elementorum mixtione agunt, ac trahunt humorem, nec ab humore trahuntur. Sunt enim omnia sic purgãtia potestate calida, quare non exhibenda nisi in materia expulsioni obediente & præparata, quam ex signis coctionis, vel per vrinas, excremẽta, exputiones colligimus. Pro ratione igitur putrescẽtis & peccantis humoris exhibenda veniunt, nec alio tempore locum habent, quàm cùm talis coctio & præparatio præ oculis fuerit, tum quoque in materia turgente, verùm omnia hæc ex primo aphorismorum libro haurienda sunt: huc quoque pertinet aureus Galeni libellus, olim à nobis prælectus, qui inscribitur: Quos, Quando, & quibus purgare conueniat. Paucis itaque hac parte acturi moneo, etsi catarctica omnia calida sint, in febribus tamen vtcunque calidus sit affectus, dummodo materia cocta

&

& præparata ſit, iuſtè offerri poſsunt, omnifaria, & pro natura hominis acceptabili forma, cùm maior ex euacuato humore lædente ſuccedat vtilitas, quàm ex calorifica medicamenti ratione incõmoditas. Item ſi catarcticis vſi fuerimus indoctè, id eſt, ante materiæ præparationem, ſcire debemus, nos non educturos quod lædit, ſed id quod educi minime debebat. Interim malignus ille relictus humor, tyrannidem ſibi maiorem vſurpabit, vnde corpori tandem ineuincibile naſcitur malũ. Propterea hæc pars attentiſsimum requirit artificem, qui egregiè cognoſcat materiã eductioni parentem & aptam, ita quoq; turgentem, quæ nunc capiti, nunc brachijs, nunc alijs ſeſe citiſsimè partibus ingerit, tũ certe hiſce medicamentis opus habemus, quib. materia ad verum canalem ac exitum dirigatur. Et ita his auxilijs dextrè vtimur, præcipuè cũ materia eductioni iam congrua, apta & obediens reddita eſt, vt in 1. de criſi & quarto de tuenda ſanitate Galenus oſtendit, tum enim confert, tunc naturæ ſuccumbenti, à medico naturæ miniſtro, his dextrè ſuccurritur, aliàs minimè, vtcunque variæ interpretationes minoratiua exhibentium ante concoctionem extẽt. Nec moueat quenquã, quòd aiunt catarctica in principijs affectuum, necdum materia præparata dari ac inde

F　reſtitui

restitui laborantes. Quare concludunt hoc iustè fieri posse. Nos quoque dicemus eodem argumento omnes ægritudines salubres esse excepta peste, & vt plurimùm citra medicamēta ægros restitui, quare etiā inferemus medicamenta nequaquā exhibenda. Ita habebitnē pondus vel hoc argumentum, sine ptisanæ oblatione plures emendantur & saluantur: Ergo ptisana non est exhibenda: Vel hoc quoque Hippocrates versus statum, victum subtrahere iubet, Medici contrarium facientes nihilominus vident febrientes saluari. Ergo forsan dicet quoque aliquis, bonum esse vel contra Hippocratis pronunciatum operari. Hæc & similia vana sunt, nec habent vllum pondus: videmus enim eos multò citius & communius tutiùsque restitui, qui recta methodo curantur, hinc proferre medicamentis opus non esse, cum plærumque ægritudines sint salubres, & hoc etiam nihil est. Nam minori periculo citius & frequentius sanitati restituuntur, qui dextra artis methodo à Doctoribus medicis tractantur. In venenosa materia, num Hippocratis regula locum habeat, vt peste scilicet, dubitāt: at certum est hac parte etiam cum lenioribus agendum, vtputa ducentibus vrinas, promouentibus sudorem, non autem catarctico. Gale. enim 1. de differē. febri. vult putridas & etiam pestilentes febres

febres, quod eodē ingenio curentur, quemadmodum & 11. Therap. hoc idem testatus est. Iungitur tamen ultra putredinem quiddā aliud pestilentialibus, quare etiā opus erit expectare coctionem, cùm putredinis ratione eadē sit cura, ratione veneni adhibebim⁹ auxilia, quæ veneno reluctantur. Item videtur Gale. Hippocrati & sibi ipsi contraire, primo localium medicamentorum lib. ubi tractans curam Alopeciæ, purgat hyera ex coloquintida bis in quinque diebus, in prima euacuatione unci. iiij. in secunda drach. 5. præmissa etiam euacuatione per pill. cochias (quas nūc vocamus) nam ut veteribus in usu erant, & inter cæteras pill. præcipuam correctionem obtinēt, & ita eo loco Galenus euacuat electiue materiā non præparatam: & ait ibidē, quod in tali casu citissimam euacuationem conari medicus debeat, collecto scilicet humore viciato in uno loco, antequam ab ipso cutis in malum quendam habitum deducatur. Nā euacuato malo humore, sanguinis boni influxus præparatur, qui & ipse in malum degenerat humorem, & corrumpitur habitu scilicet iā inducto. Hippo. itaq; regula debet intelligi de materia, quæ subest coctioni: si verò esset materia, quæ à natura neq; coqui, neq; aptari posset, ut in pituita detrusa ad caput usq; ad cutim, ibi corrūpitur, et etiā habitum

 corruptelæ

corruptelæ cuti inducit, & talem materiam natura nunquam præparabit, & ideo Galenus iustè in tali materia aggreditur curam cum electiue educentibus, & ita magna erit differentia in sanis, & materia benigna ac naturali coctioni subiacente, item in materia maligna, & naturali coctioni non parente. An verò Medicus integram præparationem vel partialem saltem expectare debeat, Galenus hoc in libello Quos medicamentis purgare oporteat discussit, cùm enim natura euacuat, etsi in parte cessat tunc iuuanda, sed quandoque natura in statu operatur, & propterea in principijs affectuum non euacuamus, ne coctio impediatur, item in augmento, euacuatio non permittitur, quia nescimus qua via operationem natura exercet, quæ iam operationi sese accinxit, & igitur opus naturæ propriè expectandum est. De victus ratione in acutis peculariter Hippocrates scripsit: Galenus scripta diligẽter excussit, & cũ victus ratio solidam curandi rationem omnem absoluat, ac sigillo quodam firmet, muniat, breuibus hanc ipsam huic nostræ præsenti elucubrationi respondentem ita ostendemus. Primò maior medicorum pars, in putridis oblationem cibi vsque ad statum prorogant, hac scilicet ratione satis euidenti, ne natura cibo coquendo vacans materiam affectus

fectus

fectus incoctam & insuperatam relinquat, hoc ita veritatem habere fatemur, si virtus cõstare cernitur, sin minus, fallit ratio & sententia à pluribus approbata. Et in hac parte instituendi victus rationem, dignum consideratu venit, nobis ad cibi oblationem binas suppetere indicationes, prima est ab affectu, altera à virtute. Ea quæ ab affectu sumitur, nutrimenti oblationẽ prohibet, ea quæ à virtute, nutrimentum suadet. Inferet nunc quis, quo igitur pacto à medico agnosci tandem poterit, quousq; virtus constare possit. Hoc sanè Hippocrates & Gale. sicut cætera omnia fideliter tradidere, secũdo de decretorijs libro, & primo de ratione victus in acutis, Item secundo, vbi designatur cùm affectus septimum non præteriturus est, virtus denique constare conspicitur, tum aqua mulsa porrigenda, si septimum præteriturus est, tum sanè citra nutrimentum virtutis constãtiam seruare nequimus. In statu verò nihil omnino offerendum, hæc methodus locum habet in affectu septimum non transiliente, si præterea corpus validũ & immotis viribus conspicitur, tum sanè vsq; ad septimum nihil quod nutriat offerendum, quod vel experientia Hippoc. adinuenit, si verò corpus inualidum & aliqua ex parte labentium virium deprehenditur, hydromel propinatur. Si

itaque affectus septimum transcendere dignoscetur, victus rationē in principio crassiorem instituemus, in statu offerimus nihil, prope statum, subducimus & tenuiori victu vtimur. Si autem affectus quartū non excesserit, nihilominus omnino quod nutriat, offerendū erit, nec hoc casu Ga. vllā distinctionem validi aut inualidi corporis constituit, cùm corpus vsque ad quartum hoc ferre haud difficile possit, siue validum siue inualidum extiterit. Auerroes tamen dicebat tēpore Hippocratis corpora similem tenuiorem victus rationem tollerasse, in sua verò patria & regione minimè, cùm homines ea in regione vini copiosi vsum non haberent, præterea nec bubulis nec porcinis vescerentur, suam etiam regionem calidissimam asserens, Hipocratis non item. Temporis nostri medici Auerrois equidem potius victus rationis præscriptum quàm Hippocratis imitantur, sed perperam. Nam regio nostra nec est extremè calida, vt Auerrois, homines insuper nostri vino vtuntur multo, bouinis porcinisque affatim: imò cū nostra borealis habitatio ad coctionē talium non parum iuuet, quare victu ab Hippocrate præscripto nos vti conuenit? at scio vos dicturos homines nostrarum regionum hac tenuiori victus ratione teneri, vix vel non posse, cum assueti sint multo cibo, & ita

contraria

contraria sententia oboritur, tum ex Hippocratis & Galeni, tum Auerrois dictis. Auerroes pronunciat assuetos multo cibo tollerare tenuiorem victum non posse, Galenus contrarium asserit 1. de regi. victus in acutis, sequitur vt nodus dissentionis hîc dissecetur. Bina hæc animaduertenda veniunt, consuetudo crebræ ingestionis cibi, item repletio, his duobus sic se habentibus, quantum ad consuetudinem attinet, victum Hippocratis non facile sufferent. Quantum verò ad repletionem, facile: & ita contradictio & controuersia hæc discutitur & aufertur, nec secus dicere possumus, quàm ex vtraque parte benè esse dictũ, & ita constat nos Hippocratis præscriptam victus rationem in putridis sequi debere, verum inferemus. Cur igitur Hippocratis præscripto non insistimus? ad hoc respondeo, propterea hoc ipsum non euenire, quòd nos Medici nobis minime confidimus, indipisci posse ægritudinem finiendam septimo vel nono, tum vel propterea etiamsi certissima signa præ oculis forent, morbi terminum ostẽdentia, nihilominus decũbentium inobedientiã vel assistentium timemus. Forsan enim ægri aut assistentiũ errore morb⁹ septimũ transgredi facile potest, et hac ratione medic⁹ necessitate quadã adigitur, vt vel in statu victũ offerat, vnde mortis

occasio accersitur, ac in medicum tota tādem culpa redundat, & hinc nostri temporis medici vt vacent culpa, nec à mulierculis nimium pijs & indebitè cibum ingerentibus redarguantur, tenuissima diæta minime vtūtur, vtcunque ex nimio & atroci medicorum præscripto ieiunio, vsque ad virium etiam priuationē, sæpe nutrientes mulierculæ laudem restitutæ sanitatis referunt. Si autem hac victus ratione medici dextrè vterentur, citra & ægri & assistentium errorem, quāplurimi qui aliàs pereunt saluarentur. Debemus itaq; in principio victum offerre crassiorem, subtrahere & attenuare prope statum, in statu offerre nihil, vt Galenus secundo de decretorijs innuit. Nostri tamen temporis medici pro diuersis regionibus, diuersa nutrimenta offerunt, Itali in principio dant panatellam, & ptisanam quoque cum emulsione seminis melonum. In nostris partibus auenaria & pulmentaria diuersa pro diuersis Germaniæ locis, ita & brodia cerealia & similia: vt Poloniæ regio exhibet in febribus & omnibus ferè morbis Brodium, Barst ab ipsis nuncupatum. Fit antem ex furfuraceo acetoso, paululum cum concusso vitelli oui & puluere vrsæ brancæ, quam vnam ex panaceis plures iudicant ex Dioscoride. Tale brodiū putrida laborans aliquādo Viennæ &

per

per me curatus Nobilis Gottschalkus Vratislauiensis more patrio parauit, ita omnes ferè in statu crassiora exhibent, vt pullorum etiam carnes, inde contusa & similia, quæ victus ratio vtiq; est crassa, quare etiã totum in oppositum nitimur. Principio itaq; crassior victus ratio conuenit, accedente statu tenuior, estq́ue nulla in hac parte benè sentientium controuersia. Veruntamen afferuntur autoritates nonnullæ Auicennaliũ contrariæ. Prima habetur in primo quarti libri capite de cibatione febricitantium, vbi primis duobus diebus offert Iulebum. At ita deciditur. In principio nimirum damus quantitate maiori, in statu verò minori, & hæc est tenuiori rationi victus æquipollens proportio. Secunda autoritas est libro 3. in cura phrenitidis & in cura dissenteriæ. Itẽ Fen quarta lib. 3. in cura Adubel vbi in initio attenuat, postea crassius nutrit. Considerandum tamen nobis est, quod fideliores medici quantũ vnquam fieri potest conari debent, ne naturæ impedimento sint. Cùm autem omnia minus in initijs morborũ impediri soleant, iustè in initijs crassiori victus rationi insistimus. In statu verò, vbi naturæ cum materia morbi, & morbo ipso acris pugna est, ideo tenuiori studemus victui, & nitimur omnino indicationi huic quæ à virtute sumitur, agente &

pugnante contra morbum. Indicationi autem huic operantis scilicet naturæ in morbum non innitentes, sed indicationi potius quæ ab accessu sumitur, dysenteria scilicet, & materia vlcerante intestina, tum sanè primis illis diebus materiæ decursum per intestina prohibere monemur, & ita his primis diebus crassiorem imperamus victum. Concordãt igitur. Nã respicientes indicationẽ ab agente natura in materiã morbi, vt ipsam vincat & coquat, seu digerat, in initijs crassiorem meritò victum offerimus, in statu tenuiorem. Indicationem verò eam sequentes quæ ab apostemate se nobis offert, resistendo nimirum ne abcessus augeatur in initijs, iam non quidem crassiorem sed tenuiorem potius victum exigimus, vt magis diminuatur apostematis ratio, quàm fulciatur virtutis naturæ roboratio, cum victu scilicet illo crassiore. De epatis apostemate, autoritas nobis minime reluctatur. Nam cùm Auicẽna suum illum cibum ministrat, est vel prope statũ vel in ipso statu. In febribus ita inaudiendum est, cùm febres sint multæ & variæ, quædam enim intermittentens, nonnullæ verò continuæ, id est, nõ intermittentes. Quare hora pro febrium diuersitate in exhibendo cibo deligenda erit. Ad horæ verò delectum omnia hæc concurrunt, hora scilicet

diei

diei frigidior, hora quietior, item hora nobis magis consueta, si omnia se conformia habent, cibum exhibere citra controuersiam poterimus. Febre verò existente continua, quietioris horæ delectum nostrum in diætando accommodabimus, cæteris posthabitis: si verò nulla nobis quietior hora sese obtulerit, tum sanè, quæ in consuetudine fuit in cibo excipiendo, hora à nobis arripietur, cæteris ita missum factis, hora enim consueta & in vsu habita horam diei frigidiorem superat. At in febre intermittente asserit Galenus primo ad Glauconem διαιτητικὴν febrientium edocet, statim nobis esse animaduertendum, vt longinquius temporis momentum à statu paroxysmi deligamus, & etiam principium sequentis. Ait enim Galenus in 10. Therapeutices: cùm paroxysmi subintrãt, statũ consideremus oportet. Quidam enim status habetur cum copiosa euaparatione & intensa caliditate, tunc in statu tenuis nõ conuenit cibi exhibitio, est tamen & alius status non vaporoso spiritu scatens, cum tamen intenso calore, tunc vtique cibi exhibitio aliqua ex parte in statu tenuis minus improbatur. Idem sentiendum de principio seu accessione febris, cùm enim principium est cum forti & copiosa coloris retractione ad interna, tũc cibi exhibitio praua est, cùm autẽ in accessione

aliqua

aliqua caloris retractio ad interna non fuerit adeo euidens, tunc nec cibi exhibitio ita praua erit. Relinquitur itaque hoc ita discussũ, cùm paroxysmi subingruunt, spectãdum nobis esse statum & accessionem seu principium. Satis enim pleno vaporoso spiritu tum calore ingenti & principio existẽte, non ita cùm multa & euidenti caloris retractione ad interna, cibi exhalationem in principiũ seu accessionem sequentis paroxysmi differimus. In principio autem seu accessione existente euidenti caloris retractione ad interna, status denique praecedentis paroxysmi si fuerit arescens, citra tamen vaporum copiam, cibum tum etiam in statu exhibemus: statu verò existente arido ac copioso illo vapore pleno, principium verò cùm multa caloris retractione ad interna, tũc sanè cibum indifferenter vel in statu vel in principio exhibere poterimus. Quacunque enim via rem aggredimur, commodè & vtiliter agere possumus, quare hoc in casu delectus non habet vllum locum, nec statum principio, nec principium statui praeponere possumus. Hactenus de administranda victus ratione dictum est, in his qui febre laborãt, ex Galeni praecipuè sententia, & maximè quo ad ordinem respicientem statum, & etiam de hora administrandi nutrimentum. Vnicum

est

est reliquū, quod discussione quoq; eget, scilicet calida ipsa & sicca tēperatura, huiusmodi enim temperaturæ corpora, si Galeno & veritati credimus, cibi abstinentiam ferre nequeunt, quemadmodum hoc ipsum Galenus 8. Methodi & 11. ostendit, vbi narrat veteribus in vsu fuisse, vt exhiberent cibum non nisi tertio die paroxysmo transacto, nominabantque talem abstinentiam ieiunium triduanum, Galenus hanc illorum opinionem refutat & dicit, si talis abstinentia biliosæ temperaturæ homini præscripta fuerit, eum ipsum mox ruiturum in febrem causonida, id est, ardentem, quod quidem in 10. Methodi exemplo iuuenis cuiusdam febre laborantis demonstrat, qui tenuem & exiccatum præferebat habitum, tum temperaturæ tum exercitij ratione. Is cùm ad noctem febre correptus esset, mane aduentantibus medicis prima fronte eundem absque febre deprehenderunt, altera verò die cum febre, præscripserunt itaq; huic abstinentiam illam triduanā, Galenus verò eundem etiam accedens & timens ne ardente febre corriperetur, ob tenuem illum & prorsus exiccatum habitum, bis diebus quietis cibum obtulit, die verò paroxysmi semel tantum. Medici reliqui hoc audientes vitio dabant Galeno. Galenus verò transactis nonnullis diebus in 11. quæ erat

paroxyſmi dies, quo tandem eos iuſtè erroris conuincere poſſet, laboranti iniunxit, vt à nutrimento aſſumendo abſtineret: is obediens quaſi ex abſtinentia mortem oppetijt: at Galenus mox ptiſanam offerens eundem ſalubritati reſtituit. Talium medicorum imò carnificum potius operationem merito damnat Galenus, docetq́ue in 11. methodi, vt attenuata talia & bilioſæ temperaturæ corpora nutriamus, vel primo die, imo etiam in principio paroxyſmi, ne in febrem ardentem deuoluantur, imò ex cibi oblatione etiam paroxyſmus decurtatur. Inferet nūc quis, nonne Hippocrates dicit in paroxyſmo ſubtrahere oportet, cur igitur Galenus in principio paroxyſmi cibum porrigit? Galenus ita diluit, inquiens: incipiente horripilatione, quod eſt febrium accidens, hoc ipſum fieri dicit, ex acumine & ſiccitate, & fuliginum aduſtione, qua perdurante ſuccedit nimirum putrida, cùm inde generetur obſtructio. Quare vult Galenus vt cibum porrigamus, quo auferatur horripilatio, ea verò finita monet, vt nutriamus nonniſi in declinatione, in raris verò & extenuatis corpuſculis cibi exhibitio tanto tempore proroganda non eſt, & ita cōſtat quod horripilatione inuadente, ſiccitatis, inflāmationis & vaporum acuitatis cauſa, cibum vtiq́ue offerre debebimus, non ſolū

ante

ante paroxysmũ, sed etiã in ipso paroxysmo, cùm ex hoc ipso putridã arceamus, & ita corpora plurimùm extenuata, vel tẽperatura vel exercitio vel tempore, iustè possunt vel in ipso paroxysmo nutriri. Restat vltimò, vt ad imitationem optimorum autorum grauiora quoq; febriũ symptomata in medendo tractemus. Leuiora enim quæ febrium generationi necessario succedunt, adeo non meminerunt, vt etiam ceu prorsus non sint innominata, reliquerint. Verùm vt Galenus in 12. Therapeut. dicit: cum febre incidunt quædam grauiora symptomata, quibus prospici maiori medentis solicitudine debet. Ea autem sæuiora merito curandi rationem mutant, causæ scilicet, locum eo tempore habentia, cùm scilicet ab his fiat læsio, siue iam ea ipsius virtutis sit, siue affectionis, cùm autem his nihil officiant, curationem non interpellant. Lædunt enim vires vigiliæ, dolor, immodicus æstus, immodica euacuatio, & reliqua. Quum autem talia febres putridas comitari sæpe consueuerint, vtique horum in medendo memores quoque esse propterea voluimus & maximè horum. Primò cùm adest acuta, mordax, & intollerabilis illa caliditas. Secundò sitis extrema & laboriosissima. Item vigiliæ, cordis præterea flamma & æstus, ad quam flammam nonnunquam

syncopis

syncopis sequi consueuit. Itē oris ventriculi summa anxietas, ob materiæ motum os ventriculi petentē, vnde tandem suboritur stomachi illa angustia, quæ interdum cordi consensum præbet, & cordiacam seu cordis affectus gignit, nonnunquam consensus etiam cerebro communicatur, vnde in phrenesin & deliria febrientes deuoluuntur: hinc videre est hac ventriculi anxietate pressi quomodo locum, situm, figuram, assidue magna angustia mutent, nec dolorificum illum sensum exprimere valeāt, sequitur etiam id febres huiusmodi, omnium virium prostratio, maximè cum per vniuersum corpus ex calore illo febrili spiritus delati fuerint. In hoc leuando accidente dexter sanè medici oculus requiritur. Virium enim robore amisso, medicus parum potest, Ex his etiam spiritibus dolor ille ingens capitis, mordax & acutus superuenit, & mentis tandem alienatio, interdum etiam paraphrenesis ex biliosis vaporibus cerebro communicatis. De quorum accidentium cura pauca, & singulis singula remedia præscribentes dicemus. Quantum itaque ad primum accidens, scilicet, vbi vnà cum febre biliosa secuta fuerit, caliditas intensa ac mordax in manibus pedibusque non erit absurdum, euacuato tamen prius corpore, sumere aquam rosarū, cum modico aceti, & ita plantas pedū

& volas manuum irrorare: aliqui olei rosacei pauxillum addunt. Item nec ita malum erit, in hoc accidente poma odorifera, itē vitis & salicum folia in manibus terere, ac eũdem aërem inspirare. Conferunt hæc frigida odorifera moderatè cerebrum refrigerando, quòd ex biliosis ad superna delatis vaporibus æstuabat. Bilis enim feruorem acumēque remittunt ac tandem agitationem & laborantis inquietudinem. Galenus præterea docet, cùm externus aër sæpe auxiliorũ locũ habeat, vt si externa ratio desideratur, à medicis etiam præparari debeat, quare pauimenta locorum vbi decumbunt febrientes, aquis qualitate frigida pollentibus & præcipuè simplici aspergantur. Item cum rosis, violis, salicum & pampinum folijs, sæpe etiam poma redolentia, aut similes fructus habitationibus importare iubemus, ac rosaceæ aquæ odorem, item sandalorũ imperamus. Item iubemus vt vasa aquæ frigidæ plena in eodem loco detineātur, imo vt guttatim quoque delabatur per pauimentum: aëre enim ita ad frigiditatem reducto, euenit quòd cor eũdem per anhelitum attrahat, & ita mala cordis calida temperatura remittitur, consequenter verò totius corporis. Alterum accidens febres comitari consueuit, laboriosa illa & intentissima sitis, quam medicus mi-

tigare ita poterit: Primò & colluant febrientes ora illorum aqua frigida aut fontana, aut endiuiæ, portulacæ, vel similis frigidæ herbæ, vt tamen hoc sedulò fiat citra absorptionem. Aliqui, ne os stomachi ex frequenti ablutione offendatur, fontanæ seu frigidæ pauxillum vini albi pauciferi adiungunt. Potest præterea laborans in ore ipso tenere granata, pruna damascena deposita ad frigidam, poma arantia, aut acria, aut medij saporis, & non dulcia, itē acetositatem citri, seu substantiam citri interiorem, quæ frigiditate præstat, aut acetositatem quandoque limonis: omnia hæc ore tenenda, non autem deglutienda. Dioscorides & Galenus commendant glyzyrizæ, quam nos probauimus: si eadem in frigidam deponatur, & ab ægris masticata, in ore detrita fuerit: dein quoque potest folium lactucæ, portulacæ, vnguis semper viui per medium diuisi, aut mutilago psilij, citoniorum. hæc inquam omnia in ore detenta os irrorando, humectandoque, & refrigerando miro modo sedant sitim. Poterit etiam aliquis hac intentione talem syrupum administrare. Ex aqua acetosæ, endiuiæ, buglossæ, nenupharis ana vncias. iij. syrupi, de acetositate citri, Rob de ribes ana drach. vj. Misce, fiat potus, de quo siti æstuans æger sæpius pauxillum hauriat. Recentiores tales syrupos longos vocant, vtpote qui maiorem

iorem quantitatem aquæ, quàm secus contineant. Item laudatur decubitus in latus, qui humectat, supinus autem exiccat. Item os conniuens, & hians similiter exiccat, sternutamenta verò humectant. Conueniunt tamen in febrili siti extinguenda syrupi de agresta, de endiuia cum aquis prænotatis. Neque enim semper vni auxilio insistendum. Aliqui etiam iubent ægrum, vt teneat in ore pillulam cristalli, item corallium aquæ frigidæ immersum, & hæc in præsens sufficiunt ad accidens iam dictum mitigandum. Succedunt tamen sæpè ardentioribus febribus, linguæ magna siccitas, & scabricies, imò sæpè vlceratio ob calidissimos vapores, qui radicem linguæ & palatum prorsus exiccant. Primitùs videtur, quasi pannus albicans in lingua: vocant hoc malum nonnulli recentiorum aleolam, nostri brein. In cura huius mali Medicum, ne honorem & operam amittat, attentissimum esse oportet. Cùm itaque in acutis his & malignis febribus hæc aleola, vel linguæ scabricies vnà cum exiccatione gutturis & palati subnasci soleat, inprimis humor, quantum possibile, tollendus est, qui huius praui accidentis erat causa, deinde rubedine aliqua apparente, fieri possunt collutiones oris, quæ aliàs gargarismata vocant, hoc modo. Recipe aquæ solatri vncias v. plantaginis,

portulacæ, vel lactucæ, ana. vncias iij. diamori ex immaturis moris parati vnci. j. ß. syrupi rosati vel myrtini vnci. j. succi granatorum vnci. vj. fiat collutio. Vel sic, Recipe Rosarum sumachi, plantaginis, myrti, seminis portulacæ acetosæ, ana q. videbitur, bulliant in aqua hordei vel rosarum vel solatri vel portulacæ, & postea colentur addaturq; vino granatorum, vel citoniorum cum syrupo rosato, vel myrtino, & fiat collutio. Item decoctio corticum citoniorum & granatorum in vino aquato, fortior autem collutio prioribus est hæc, Recipe succi solatri, semperuiui, lactucæ portulacæ, cucurbitæ, summitatum rubi ad vnci. j. vel vnci. ij. pro ratione quòd videbitur. Vel ex omnibus his vel ex nonnullis enumeratorum colentur & dissoluatur, postea mucilago seminis citoniorũ in aqua rosata, dissoluanturq; penidiæ & liniantur loca vlcerosa, vel fiat cum his collutio, etiã additis aquis, hæc enim conseruant & prohibent. Videtur hic error chirurgorum & barbitonsorum nostrorum, qui in tali scabritie semper collutiones exhibent vnius generis, vnius calipodij acres nimirum calidæ qualitatis & plus exulcerãtes, qui error per totum è medio auferendus est, vbi verò ista scabrities humectatione abstersioneque emendata fuerit, tũ demum si ex nimia exhalatione

latione, vt sæpe fit, loca oris & linguæ consolidatione egent administrari poterit, hæc collutio consolidatiua, vtputa, Rec. aluminis Rochi, boli armeni, ana vnci. j. dissoluantur in aqua solatri vel rosarum, vel plãtaginis aquæ aut sit bona quantitas ad minus lib. media, postea coletur addaturq́ue syrupi myrtini quantum videbitur & sæpiuscule in os assumant colluendo: vel sic, Recipe boli armeni terræ sigillatæ ana drach. j. vel drach. ß. fiat puluis tenuissimus qui vlceratis locis inspergatur vel applicetur. Vel si volumus alia ratione meliori, tum Rec. sandalorum rubeorum & alborum ana scrup. j. corallorũ rubeorum drach. ß. boli armeni, sanguinis draconis, terræ sigillatæ ana scrup. ij. zaccari candi vnci. j. fiat cribratura & puluis tenuissimus, ponaturq́ue super locum. Melius tamen est si vnà cum his pulueribus iungantur aluminis drach. iij. vel iiij. & omnia resoluantur & committantur cũ aqua portulacæ vel plantaginis vel solatri vel cum vino granatorum vel vino stiptico, coletur & tandem addatur zaccari candi, & syrupus rosatus, poterit hac ratione facili modo in ore teneri, ac postea etiam puluis inspergi. Aliud experimento constans. Reci. boli armeni, aluminis ana q. videbitur, dissoluatur in aqua mentæ vel rosatæ & postea coletur & dulcoretur

cum saccaro rosato, vel syrupo rosato. Si autem deprehenderimus linguam inspissari, quasi tum fiat hæc decoctio. Recipe florum camomomillæ M. ʃ. Rosarum rubrarum P. ij. seminis Maluæ drach. ʃ. Myrtillorum scrup. ij. Coquantur in aqua simplici, addendo in ebullitione vltima mellis rosati, fiatque colatura, qua os & lingua sæpè irrorari debebunt. Accidens nobis tertium occurrit, vigiliæ scilicet, quæ in febribus sæpius Medicum, eiusque operam postulant, cùm grauiorum affectuum causæ sint, & vires prosternant. Veteres Græci fatigatione somnum inducebant, cum ligatura, qua soluta, lumine prohibito, somnum imperabant. Cæterùm sunt diuersa somni inducendi ingenia: aliqua remissa accessione conferunt, nonnullis verò etiam in accessionibus vti possumus, & trita papaueris capita cum pane, rosaceoq; illinimus temporibus & fronti. Cæterùm hac in parte exactus requiritur victus, & exhibitio lactucarum coctarum brodium, vel etiam ipsarum lactucarum masticatio. Fit autem optima somni inductio, si lactucæ coquãtur in brodio simplici pulli, vel aqua simplici, addito paululum papauere. Solabatur Galenus senectutis vigilias lactuca. Sunt tamen & alia plæraq; varia, simplicia, compositaq;, quibus somnum cõciliare possumus: et diacodion valet vel emulsio, si sæpè cum cochleari ægro exhi-

bea-

beatur. Fit autē hoc modo: Reci. seminis papaueris albi, vnci ß. aquæ violarum, aut lactucæ aut portulacæ q. ſ. Miſce, & fiat expreſsio, ſeu emulſio omnium iſtorum ſimul, de qua ſæpiuſculè exhibeatur, maximè poſt cœnam in cocleari. Noſtrates non ita vſum papaueris refugiūt vt Itali, cùm & ſani in vſu brodia de papauere habeant, indéq; nihil mali ſentiant, quàm quòd commodius dormiant. Eſt tamen in hac parte, ſicut in cæteris oībus ſpectanda mediocritas: benè item facit ſyrupus violatus, nenupharinus, etiam de lactuca. Fiunt præterea linimēta non inutilia in huius vſum. Reci. olei nenupha. violati ana drach. j. miſce, & poſt cœnam, hora ſomni, naribus temporibusque inunctio fiat: ſi non contulerit, fortius linimentū ita paretur: Rec. vnguenti populeonis, olei mandragoræ ad vnci. ß. vel drach. ij. Miſce, & vt dictum eſt, inungatur. Hoc quoque non conferente, poterimus cum dictis iungere g. ij. Oppij. Animaduertendum tamen, quòd ſemper à leuioribus ſit auſpicandum: ab oppiatis verò & narcoticis, quātum vnquam poſsibile eſt, abſtinendū. Poteſt præterea aliud quoque linimentum parari in conciliando ſomnio. Recipe olei de Papauere, de Nenuphare ana vnci. ß. Oppij, Caſſiæ ligneæ, Croci ana ſcrupulum vnum Miſce, & ſine cera fiat vnguentum, quo manus, temporaque & frons inungatur. Præſtat etiam

ad somnum inducendum hoc decoctum, Re. florũ camomillæ, meliloti, anethi, violarum, nenupharis an. M. ſ. foliorum vitis, ſalicum, matris violarum, ana M. ſ. ſeminum papaueris albi, lactucæ, Iuſquiani an. drach. ij. corticum mandragoræ, corticum papaueris albi, ana drach. j. omnia ſimul miſcenda, incidenda & terenda ac ſufficienti quantitati aquæ ebullitioni danda, vſq; ad tertiarum cõſumptionem aut medietatis. Flores tamen in vltima ebullitione addantur, ne facultas ipſorum nimia decoctione euaneſcat, tali decocto poterint pedes ablui & brachia, item ſpongia immergi, & naribus offerri, odor enim huius decocti humectando roborat, & ſiniſtram calidam inductam intemperaturam remittit, & maximè ſi vigiliæ ratione excalefacti cerebri & ſiccati extiterint, commodè dicto decocto vti poterimus. Febre putrida laborantibus etiam ſyncopa & animi deliquium ſubito euenit, quare auxilijs occurrẽdum eſt ſubitis, & vt in cæteris ita & hîc omnino cauſa conſideranda venit, propter quam animi deliquium accidat, atque contra hoc accidens pugnandũ eſt, imò huius ſymptomatis maior ſemper cura habenda eſt, cùm periculum maximũ et aliqando vitæ etiã ruinam portendat: ſunt autẽ horum ſymptomatũ, quæ ſyncopa et deliquia vocitãt, diuerſæ cauſæ, vtputa vigiliæ, quibus

quib⁹ vt occurratur diximus immodica inanitio et mot⁹ quãdoq; in his qui absurda loquũtur, itẽ ipsa principalium mẽbrorum intemperies, celerrimè enim cor affectũ vitæ minatur interitũ, mox cerebrũ ac deinceps breui e par. Nos autẽ hîc præcipuè cordi deficienti, auxilia hæc in prõptu habebim⁹, reliquorum principalium etiã non obliuiscemur Quæ autẽ spectant ad supprimendam vehementem illam inflammationẽ febris, iam antea enarrata sunt. Si verò hæc talis ingens æstuatio febrilis, quæ καῦμα dicitur, cordi in tantum facesserit negotiũ, vt cor ipsum ad affectũ cordiacũ præcipitet & per consequens incidat syncopa λυποτομία id est, deliquium animi in hoc casu, pro cordis corroboratione refrictione tale epithyma commodè administrari potest. Recipe aquam rosa. vnci. vj acetosæ, buglossæ, nenupharis violarum ana vnci. iij specierum cordialium temperatarũ drach. j. corall. rub. scrup. j. vini albi aromatici drach. j. aceti rosati albi drach. ß. misce, fiat epithima pro regione cordis, & calefiat moderata caliditate, & infundatur pannus, indicto epithymo, ac cordi sæpe applicetur. Item vnguẽtum roborans & refrigerans cor. Recipe olei rosa. nenuphari violarum ana vnci. j. specierum cordialium temperatarum drach. j. sandalorum atriplicis, corallorum rubeorum

ana drach. ſ. Aceti pauxillum, Ceræ q. ſ. Miſce, fiat vnguentum molle, ipſoque liniatur cordis regio. Poteſt etiam habere locum, vbi epithyma præſcriptum fuerit vſitatum, ac etiam citra ipſum. Poſſunt præterea ad roborandum, refrigerandumque cor, tum æſtum cordis delendum, omnia odora frigida qualitate potentia, ſicut aqua roſarum aceto roſaceo mixta, & modica quantitate vini albi, ſiue iam naribus, vel cordis regioni admoueantur, aut vbi pulſuum obſeruatur ratio, commodè infricari. Sic odora reliqua frigida omnia, quæ componuntur, ſæpè cum Camphora, puluere roſarum, floribus violarum. Et hæc pro exemplo ſufficiant, quantum attinet, vt conſulamus externè, & localiter cordi. Si autem nitemur cor ipſum tum roborare, tum refrigerare ſimul, per ea quæ ad intra corpus aſſumuntur, tum hæc miſtura probè nobis faciet: Rec. conſeruæ Roſarũ, Bugloſſæ, Nenupharis ana vnci. j. Corall. rub. drach j. Miſce, & cum ſyrupo de pomis Cordiali, vel cum ſyrupo de acetoſitate Citri aut Violarum, quod horum magis elegerimus: fiat mixtura in forma electuarij, de quo cochlear vnum ſæpius laboranti exhibeatur. Et ſi deſuper exhibuerimus ad hauriendum, pro alteratione maiori aliquam quantitatem aquarum Bugloſſæ aut Acetoſæ: tũ enim robur & refrigeratio citius

&

& efficacior accedet. Ita etiã decoctio ex similibus, quæ tamen grata esse debet. Fieri tamen quoq; potest cõfectio cordialis in hunc modũ: Recipe Margaritarũ vnc. j. Corall. rub. scru. ij. Saccari optima q. s. Misce cum aqua Acetosæ aut Buglossæ, aut Rosarum, fiat confectio in rotulis, de quibus vnaquaque hora laborans assumere potest. Et hæc exempli ergò pro abolenda æstuatione cordis, & roboratione, in febre ita inflãmatoria, aut in tali accidente consuetò euenire in febribus sufficient. Symptoma præterea febres comitari consueuit, ventriculi scilicet anxietas, quæ euenit ex confluentis flauæ bilis ad os vẽtriculi violentia, vnde emergit vellicatio & angustia, interdum etiam nausea: ad quam non rarò etiam accedit syncopis. Si & hæc ipsa cordi consensum dederit, affectus quoque insequi consueuit cordiacus, interdum paraphrenesis, maximè si cerebrum in consensum fuerit raptum. Hæc verò ventriculi anxia vellicatio, vt æger se de loco ad locum iactet, denique formas decubitus sæpè mutet, nec finit esse compotem, vt causas tantæ anxietatis proponat. Huic equidẽ anxietati varijs modis opitulari possumus. Primò quidẽ euacuando bilem illã cum respicientibus bilẽ, & cum Cassia, Mãna, syrupo Rosarũ solutiuo, imò cũ electuario varijs diuersionibus cũ adhibitis cucurbitulis, itẽ ligaturis extremorũ

partium

partium, quæ extremæ partes etiam sæpe in calidam reponuntur, cùm autem ad propulsionem dicti stomatici symptomatis, diuersiones variæ cum ligaturis scilicet & cucurbitulis non suffecerint, tũ auxilium tale quasi adstringens & prohibens violentam bilis vellicationem administrari poterit, anteuertendo paroxysmum, ne scilicet laborans tempore & momento paroxysmi tanta angustia corripiatur. Recipiantur itaque bucellæ panis, & aliqua ex parte ad ignem exiccentur. Non autem vrantur infúndanturq́ue in vino granatorum & citoniorum ana vnci. j. & per horas 4. aut 5. anteuertatur æger, assumendo quid de tali liquore & pane ante consuetam febris inuasionē. Postea statim etiam aliquid sibi offeratur, vt cibi et quãtitas et qualitas ante paroxysmũ concoqui & cõfici queat. Possumus etiam pro ratione virium talem liquorē exhibere, paululum ante paroxysmũ, nam oblatio huiusmodi panis particulæ, cum vino granatorum & citoniorum, solet roborare ventriculum, ne paroxysmi momento bilem ab epate ad ipsum manentem recipiat, quæ dictæ anxiæ vellicationi ventriculi causam præbet, est namque malum granatũ verum ventriculi robur in biliosis, vt in Therapeuticis patet. sic habentur et similia quædã vt succus agrestæ item rob. citoniorum, & nenuph.

nenuph. simplex citoniorum, conseruæ rosarum, imo sua astrictione similia fluxum prohibent biliosum. Vltra diuersionem multifariam quæ etiam cum enematibus fient, & vltra ea quæ roborant, & simul infrigidant ventriculum, potest ad dictam ventriculi vellicationem tollendam, & ad robur conciliandũ ventriculo tale emplastrum admoueri. Vnde fit quo minus superflua ad ventriculum redũdãtia admittatur. Videlicet Re. farinæ hordei, vnci. vj. Carniũ citoniorũ vnci. j. ſ panis assi vnci. j. florum labruscæ, absynthij ana drach. j. ſ. mirabolanorum, balaustriarum ana scrup. ij. corall. rub. coriandri præparati ana drach. ij. oleorum, rosacei, citoniorum, myrtini ana q. ſ. misce, fiat emplastrum in cõmoda forma & extendatur super lineo panno, ac applicetur ventriculo. Est præterea aliud experientia cognitũ restringens emplastrum, ardorem ventriculi amoliens febrilẽ, item vomitũ & subuersionem sedat biliosam, remouetque dolorem. Recipe succi solatri, absynthij an. vnci. ij. farinæ hordei vnci. j. ſ. masticis vnci. ſ. rosarum rub. in pollinẽ redactarũ quantum volueris, fiat omniũ istorũ combinatio & commixtio ac applicetur emplastri modo ipsi ventriculo. Ad vellicationẽ anxiã ventriculi prohibendam multũ possunt prædicta et similia emplastra, præsertim

ſi prius ventriculi regio hoc vel ſimili fomento fouebitur, quod tale eſt. Recipe florum Camomillæ, Meliloti, Labruſcæ ana m. j. Abſynthij, Mentæ ana m. ſ. Balauſtiarum acaciarum ana ſcrup. ſ. Sandal. rub. Coriandri præparati, Corallorum rubeorum ana vnc. ij. commiſceantur, tundantur, teranturq́; efferueſcant denique in iuſta aquæ quantitate, & vini Pontici vſque ad tertiarum conſumptionem, in hoc decocto imbibatur ſpongia ſubtilis, quæ tãdem fortiter exprimatur, & orbili ligatione benè calida panno lineo inuoluta, ne irroret ſtomachum, ter quaterúe per vices applicetur, quæ vbi refrixerit, rurſus in decoctum immiſsa incaleſcat, & vt antea, reiteretur, applicatio tandem ſubſequi poteſt, & appoſitio emplaſtrorum dictorum vel ſimiliũ. Adeſt nunc ſeptimum quaſi ordine accidens, virium ſcilicet lapſus, ob calidas febriles rationes & ſpiritus, qui corporis naturales vires & operationes diſijcit & diſsoluit. Nã inde totius corporis ſequitur debilitas & operationum naturalium præpediculum. Cùm autem dexter Medici oculus ad vires conſeruandas ſeſe perpetuò extendere debet, quæ ſui cuſtodiam indicant, quare virium magnam eſse dignitatem in 9. Therapeutice Galenus aſſerit, cùm viuere ipſum ex harum cuſtodia conſtet, vtpote cùm vitam, aut ipſas eſſe vires,

aut

aut earum actiones sit necessariò pronunciandum. At vita ipsa nihil esse prius in animantis corpore potest, propterea quòd nec sanum esse citra vitam licet. Virtus ergo (ait Galenus) omnium prima custodienda hominibus est, & hoc Medicus non medicinis agere potest, cũ ea deficiente medicina nulla est: quare hac in in parte solicitus sit Medicus, & omninò consideret, quæ virium custodiæ contraria sunt, cùm ipsa de sui tantũ conseruatione indicet. In dicta itaque virium prostratione eueniente ex vi & fortitudine, vehementiaque illa febris, aut symptomatum malignitate, inprimis viribus consulemus refocillantibus, cibarijs optimi nutrimenti, paucissimæ pinguedinis, nullarum superfluitatũ. Igitur Gale. in magni periculi viriũ metu, etiam vinũ propinat nobile, pro ratione affectus mixtũ vel simplex, cũ citò & plurimũ roboret, ita & in his, qui ob siccitatem animã linquũt. Offert etiam duabus aut tribus horis ante accessionem Chondri cremorem, panem ex aqua, cũ mali Granati nucleis, aut malis aut piris, citra autem vllam fæculentiam & superfluitatem citò nutriunt, & vires reducunt oua sorbilia, epata gallinacea, testiculi gallorum, quæ tria commodè exhibentur deficientibus, cùm plurimũ restaurent. Itẽ adhibetur nidor panis nouiter pisti, aut piri assati, seu mali odoriferi, itẽ vinum maluaticũ,

quod

quòd misceri potest sæpe cū distillatione pulli decocto carnis, possunt similia etiam condiri ligno aloës, vel perpauculo cinamomo. At inter reliqua omnia vires multum restaurat & reducit, & remissas aqua carnis seu caponis, seu alterius bene nutritæ auis distillata, quæ tamen vt viribus restaurandis summè conducat, ita parari poterit. Accipiatur lebes capax, qui recipiat sex vel octo aquæ pintas, & sit aqua repletus, tandem accipiatur cantharus seu phiala, in quam ponatur caro caponis, vna cum ossibus dissecta, & cantharus siue phiala benè claudatur, ac ponatur in dictum lebetem aquæ feruentis plenum, ita vt cantharus seu phiala ex vtroque latere alligetur catenæ, ita vt inferiorem lebetis partem neq; latera attingat. Desuper verò etiam aqua feruenti contegatur, & ita fluctuet, cui alligetur ab exteriori parte, pes gallinæ seu caponis, & ita tā diu permittatur in feruenti aqua, donec tota massa indita cantharo seu phialæ integrè cōcocta fuerit, quòd deprehenditur ex pede ab externa parte alligato, cùm prorsus mollescit & decoctus est, tum enim eleuandus erit cātharus seu phiala ex lebetis aqua, ac de obdurato osculo cāthari seu phialæ, succ⁹ carnis illi⁹ in aliud vas transfundendus erit, hic succus omnino absolutam quandam rationem

obtineti

obtinet, tanquam res multum substantifica in viribus reducendis: & ideo si æger vel febriēs viribus in morbis destitutus fuerit, quolibet suo ferculo particula, vel minima huius succi seu aquæ carnis, modo præscripto præparatus indi & immitti debebit. Nihil sanè in refocil landis viribus præstantius quid haberi poterit, quod vsus ipse, tum rei ipsius essentia edocet. Quare faciunt diuersæ nationes diuersos apparatus, vt inferioris Germaniæ suam, quā vocant Plancambiancam, tamen semper pro ratione febris, in tali apparatu adiungi poterūt cordialia, quæ minimè inflammāt. Plura præterea alia, quàm quæ annotauimus in virium reductione, administrari à recētioribus consueuerūt, & præsertim confectiones, quæ pemmatum loco in secunda mensa adhiberi consueuerunt. Exempli gratia, cōfectio fieri potest hoc modo: Rec Phisticorum præparatorū vnc.ij. amigdalarum dulcium præparatarum vnc.j.ʃ. pinearum præparatarū recentium vnci.j.ʃ. melonum vnci.iij. quibus placent pulpæ animalium, hi addent aut pulpæ caponis, aut perdicū, aut phasiani vnci.ij saccari optimi q.ʃ. Misce, & cum aqua rosarum fiat confectio in morsellis, pondere drach.ij. vel drach.iij. de quibus offeratur vnus singula vice, & hæc quoad corrigendas lapsas vires exempli ergò sufficient. Nūc autem ad octauum symptoma progredie-

mur ſcilicet capitis dolorē, qui propter nidorosas calidasq́; effumationes plærūq; febres inſequi conſueuit. Cū in capitis affectione, quæ communiter febrientibus euenit, nō paruus error à multis cōmittatur, qui ſæpè magnæ noxæ cauſa eſt, is ſcilicet, cùm imprudentes Medici, nec materia humorali purgatione deducta, nec diuerſione aliqua à principali membro ſtatim frigidiſsima quæque fronti & capiti obducunt, quibus poros, per quos tranſpiratio fit, oblinunt, ac in interioribus dolorem adaugent. Sæpè etiā phræneſi epilepſiæ, & cæteris periculoſis affectibus hac ratione cauſam ſubminiſtrant. Quare prudens Medicus eò ſpectabit, vt fumos ad cerebrum raptos, violentia febris partim euacuet & diuertat: vbi verò caput minimè repletum, materiamq́ue obedientiorem repererit, ad alterantia epithymata conuertere ſe poterit Primò tamen in tali ſymptomate conetur, vt ægri pedes in aquam calidam deponant, in qua pedes tibiæq́; fricentur, à ſuperiori parte ad imas: hoc enim auxilium capitis tales dolores ſedat, & effumationes diuertit, alterum auxilium in eundē ſcopum remouendi doloris capitis in febre, fit per fricationes ſpatularum, manuum, brachiorum, tibiarum, pannis calidiuſculis. Tertium auxiliū fit ex appoſitione cucurbitularum natibus cū inciſione extrahēdo humores, aut mittendo

etiam

etiam sanguine: est quoque frequens hoc auxilium satis vtile, cùm tibias scilicet & manus tali decocto lauamus & irroramus, quod tale est: Recipe foliorum vitium, salicum, violarum, nenupharis, florum rosarum ana m. j. Si verò in prædicta affectione capitis, vna etiam vigiliæ emergerent, tum cum prædictis simplicibus hæc quoque iungantur, capitum scilicet papaueris albi, lactucæ, iusquiami seminũ ana vn. j. foliorũ lactucæ m. ij. hæc omnia misceantur, & vnà cum seminibus, folijs & floribus, fiat bona decoctio in sufficienti qaantitate aquæ, ad tertiæ partis consumptionem, cũ hac inquam decoctione calida crura, à genibus incipiendo, tendendoq; deorsum lauentur, ita & manus. Hoc sanè auxilium non parum capiti, febrientium doloribus opitulatur, ad diuersa ingenia alia: cùm iam non subest timor, ne materia includatur, cõmoda ratione venire possumus ad dolorem hunc remouendum in febribus: oxyrodinum illinendo capiti, quod Galenus sæpè commendat, quod oleo rosaceo & aceto paratur: multi tamen cum effectu hanc mixturam similem liquidam constituunt, & panno lineo infuso in eadem commisturæ coronali applicant, & est talis: Recipe aquæ rosaceæ vncias tres, aceti albi drachmam vnã olei nenupharini rosati ana drachmas duas, misce. Nonnulli constituunt inunctionẽ talem:

Recipe olei violati, rosati ana vnci. j. aceti vnc. ß. cãphoræ drach. ij. benè miscent, capiti & fronti applicant. Linimentũ item quo vtor, expertum et miri auxilij est hoc: Recipe aquæ solatri nenupharis, aquæ foliorum salicis ana vnci. iij. amili vnci. ij. ß. sandaracæ scrup. iiij. croci gr. ij. Omnia hæc inuicem mixta & confusa, cum pãno madefacto capiti applicentur, in febre enim colerica efficax remedium est, in dolore capitis sedando. Emplastrum prætered conueniens in tali affectu est hoc: Recipe rutæ recentis M. j. ß. solatri recentis M. iij. croci drach. j salis communis drach. ß. Albuminis ouorum recentiũ numero duo, fiat emplastrum, & applicetur fronti: hoc enim vim suam osten dit in dolore, non tam à materia, quàm absque materia. Paulus Ægineta in hoc casu diuersa recenset, vt mucilaginem psilij, quæ à nõstris aquæ rosacea & aceto cõfunditur. Pannus hac mixtura irrigatur, & fronti applicatur. Item atriplices in formam emplastri triti applicati temporibus, capiti & fronti tollunt dolorem. Fit enim hoc in casu quoque fomentatio decidens ex alto, ex decoctione rosarũ, coriandri, semperuiui, solatri, cum paruo aceti, et rasura cucurbitæ: ita etiam cum sandalis, rosis & camphora, tum etiam oxyrodino dicto, quibus irro roratur caput. Sin autẽ prudens Medicus deprehenderit adauctos in cerebro vapores, qui

doloris

doloris cauſam præbent, tum ſanè à frigidis ad mediocria ſe conferet, faciens decoctum pro irrorando capite ex camomilla, abſynthio, roſis & coriandro. Quantum itaq; ad nonum accidens, id eſt, ad mentis alienationem ſeu delirium, quod Græci παραφρένεσιν ſeu παραφροσύνην nominant, attinet, in prædictis certum eſt, non ob aliam cauſam iſtud accidens naſci, quàm ex vaporibus acribus flauæ bilis, ſublatis in cerebri meningas, et communicatus etiã cerebro: huic aũt acccidẽti varijs ingenijs prudens Medicus occurrit. Laudat Ægineta pſilium, polẽta temperatum, quod multis profuit, imò ipſum per ſe in mucilaginem coctione redactum, & continuè mutatum. Præterea laudat coriandrum cũ polenta, illinitur quoque aloë cum aceto, myrraq́ue, & ammoniaco pari portione. Noſtri recentiores aggrediuntur accidẽtis correctionem cũ ligaturis, quod & Ægineta facit, dicit enim: ſummæ ſæpè partes deligantur, cucurbitulæ quandoque occipitio affiguntur, imò quod miraculi loco conducit, etiam hirudines rectè ano affiguntur, ad hæmorrhoidarum prouocationem, elicimus inde vnci. iiij. vel etiam vnci. v. vel vj. quandoq; ſanguinis: quẽadmodũ nobis ſpectãtibus, Augubius ſenex Medicus in ſeniore Kuffnero Patauij fœliciter præſtitit. Igitur vrgente hoc accidẽte, properandũ eſt ad frictiones ex-

tremarum partium ligaturas, cucurbitularum affixiones frequentes, & etiam hirudinũ appositionem, fieri interim debet & oris collutio cum aqua hordei, vino granatorum, item cum aqua nenupharis vel rosata, vel aqua plantaginis, cum vino citoniorum, vel simili. Laudatur etiam in hoc accidente leuando, quies, tranquillitas, somni inductio. Nam vigiliæ crebræ cerebri temperaturam deijciunt, & siccatis quadã ratione ad paraphrenitim promouent, cùm vigiliæ cerebrum per acres humores exiccatum, siccitatem adhuc plus adaugeant. Igitur hoc primitus notandum est, cùm vel caput oxyrodino aut simili composito irrorabitur, præsertim vbi vigiliæ quoque adsunt, vt admodum paruam aceti quantitatem his admisceatur. Acetum enim sua acuitate vigilias inducit: additur autem momentum aliquot penetrationis gratia. Exempli gratia tale componi debet: Recipe aquarum cucurb. vnci. iij. rosarum, violarum, nenupharis ana vnci. ij. Misceantur cum albumine oui, & oleo rosato, & pauco aceto ad penetrandum, & infusis panniculis fronti applicentur. Si itaque paraphrenitis seu delirium non in æstibus tantum febrium, sed vel paroxysmi aut augmenti tempore ingrueret, nihilominus Medico confugiendum est ad frictiones, item affixiones cucurbitarum, etiam ad nates & coxas, item

ad

ligaturas, imò etiam ad epithymata epatis, & cordis, si ea incalefacta & exæstuantia cognoscuntur, quorum epithiymatum formam prius attigimus. Sic etiam hoc accidens hærebit, nec vt febrientem deserere velit, tum facta exoneratione poterit ad imitationem expertorum recipere pulmonem arietis, quem indat decoctioni camomillæ, & rosarum, & calidum capiti applicetur, præsertim raso, vel forpice capillis decurtatis, quod magis cõmendatur, quàm si nouacula rasum fuerit, imò posit applicari arietis pulmo, quemadmodũ eximitur è corpore arietis calidus. Si interim in tali accidente capitis foret repletio, ita vt timorem incuteret Medico in epithymatibus administrandis, dummodo non sint vigiliæ euidentes: poterit nihilominus tale oxyrodinum applicari: Recipe olei rosati vnci. iiij. camomillini vnci. i ſ. aceti vnci. ij. albuginis oui conquassati, aut duorum: Misce, fiat oxyrodinum. Possunt hoc casu non omitti fomentationes seu embrochæ pro capite cum decoctione corticum papaueris, florum nenupharis, foliorum lactucæ, cum anetho, & camomilla, simul ebulliant, vnde formetur fomentum. Insuper Iulebi infrigidantes possunt commodè exhiberi, sicut rosatus, violatus, nenupharinus, & syrupus de acetositate citri: item sicut & prius commemoratum est,

pedes & manus in aqua calida foueri possunt. Quod reliquum est, quæ dictas concernunt febres, ac etiam quandoque alios affectus, nimirum illud etiã, quod solet comitari membrorum debilitas, præcipuè principalium: ita & ventriculi inprimis incalfactio, cuius robur per totum morbi cursum meritò Medicus tueri debet, quare in tali debilitate prioribus ingenijs dictis, et nunc cõpendio referendis succurrere debebit. Primò vnguentum tale apparatum habebit, ad ventriculum corroborandũ, qui prostratus & labefactus ob ægritudinis violentiam, aut prolixitatẽ conspicitur. Rec. olei de mastice, de spica, de absynthio ana drac. vj. cinamomi electi, ligni aloës, gariophilorũ ana scrup. j. corall. rub. drach j. ceræ parum. Misce, fiat linimentum molle, quo ventriculus bis in die, per horam vnam aut alteram ante cibum inungatur, superaddito panno lineo calidiusculo. Insuper si ventriculus ex vi aut affectus longitudine fuerit debilitatus, poterit hæc confectio offerri vtiliter, præsertim in febre: Recipe specierum diarodon abbatis, drach. j. sandalorum drach. ʃ. Corall. rub. scrup. ij. Misce, & cum aqua endiuiæ, aut eupatorij: fiat confectio in rotulis, de qua singulis quasi diebus, tribus ante cibum horis exhibeatur rotula vna, sic enim incumbit Medico, vt patremfamilias. j. ventriculũ, præsertim in

febribus

febribus lõgioribus in robore conseruet. Quantum igitur ad febres relatas attinet, tum etiã alios affectus, non ventriculi tantum deiectio & latefactio consequi plærumque conspicitur, sed etiam epatis, cerebri & omnium principalium, quare pro roborando non ventriculũ tantũ, sed & epate, corde & cerebro, vnde virtus rogatiua, totius dependet & vita, quare pro virium restauratione fiat talis confectio: Recipe phisticorum præparatorum vnci.ij. pinearum præparatarum, amigdalarum dulcium præparatarum ana drach.j. seminum melonũ, cucurbitæ ana vnci.j.ſ. Corall.rub.drach. j. Margaritarum drac.ſ. cinamomi electi scru. j. saccari optimi q.ſ. Misce absque omni pulpa & carne, quam plures abhorrent, cum aqua rosarum fiat confectio in forma morsellorum, quantitatis drach.ij. pro singulo, qui pro reductione omnium principalium, & virium administrari possunt. Si porrò Medicus aliorum quoq; membrorũ corroborationẽ spectauerit, tũ ad manus sint diuersi trocisci vtpote ad stomachi robur, trocisci de absynth. vel de rosis: ad epatis verò confortationẽ trocisci diarodõ & de sandalis. Si verò et splẽ occlusum reserare conetur, aderint sibi trocisci de capparibus, de vitice, seu agno. Si itaq; Medici intentio fuerit, simul dicta membra omnia, stomachum scilicet, epar, splen corroborandi, tum dicti tro-

 cisci

cisci commiscendi erunt, & ex his pillulæ con formando hoc modo: Recipe trociscorum diarodon, de absynthio, de capparibus ana scrupul. j. Misce, & cum aqua absynthij formētur pillulæ v. detur vna in ieiuno singulo tertio die, vt tribus horis desuper à cibo abstineat. Valent præterea ad eundem scopum corroborandum membrorum debilitatorum & labefactatorum, tum ob febres, tum ob alias ægritudines, chebuli & emblici conditi, nam habent admirandam proprietatē in membris fractis, corroborationem, vt stomachi, epatis, robur conseruent. Si Mesues quæ de mirabolanis dicit, verè dicit, sicuti sanè experientia docet. Ita possunt exhiberi electuaria & misturæ partim iam traditæ, & quæ adhuc docti Medici iudicio confici possunt. Quare huc etiam pertinet brodium pulli cum aliqua conuenienti & roborante decoctione. Item conducit & hic puluis, qui ita conficitur: Recipe corallo. rub. drach. j. semis, Marg. drach. j. foliorum auri numero duo. Misce, redigantur in pollinem, quo æger vtatur principio mensæ, assumendo in cochleari, huius pollinis partem in brodio simili resolutam Nunc verò pro conclusione, & vt colophonem operæ nostræ addamus, recurrendum est ad ea quæ prius de victus ratione in febre hac & simili tradidimus. Nam & ptisana hordeacea, cui Galenus proprium dedica-

dicauit opus, hic locum habebit. Quaetiam præstiterit offerre, quod Itali plærumque solent panatellam, pane tamen prius loto ob fermenti caliditatem: sæpe etiam vnà cum emulsione seminum melonum in aqua aut brodio pulli iuuenis. Si tamen laborans propter vrgentem debilitatem, substantius quiddam requirit, etiam contusa offerenda: quæ autem coquuntur carnem præferentia, ita coquantur, vt brodia induant naturam eorum simplicium, quæ & roborandi & alterãdi rationem habẽt, vt folia endiuiæ, buglossæ, boraginis, lactucæ, & similia. Hæc hactenus de putridarum febrium cura, ac accidentibus, quæ febres comitantur, diximus. Reliquum est, vt hanc meam operam vobis non displicere sinatis. Quod si intellexero, dabo operam, ne vobis in alijs meo studio defuisse videar.

*

Vni Deo laborum considera-
tori gloria.

INDEX ALPHABETICVS HVIVS DOCTISSIMI FEBRIum putridarum tractatus, notatu dignißima, continens

E. Z. G.

Alchimistarum error	[illegible]
Acuti & magni affectus cognitio	14
Aqua hordei	16
Aqua hordei ventriculo nocet	22
Aquæ hordeaceæ correctio	29
Aqua rosacea non aperit	18
Aqua endiuiæ	eodem
Aqua cicerum	23
Aqua vtrum febribus putridis conueniat	27
Arabes Græcorum simiæ	eodem
Acetum mulsum	24
Acetum	22 23
Adiantum	18
Aperitiuæ facultatis simplicium causa	eodē
Aperiētibus corroborantia sunt miscenda	19
Aquæ laudes ex Tralliano	29
Aqua carnis seu caponis virium deiectioni valde conducens	52
Actio vini ex mutatione propriarum differentiarum constat	30

Auxi-

Auxilia lenientia eodem
Auxilia veterum in leniendo 31
Auicenna enemata commendat ante coctionem 33
Aëris præparatio in calore febrili immenso 45
Ariditatis & scabriciei linguæ medelæ 46
Anxietatis ventriculi causa 50
Augubius senex Medicus 55

B.

Bilis flauæ copia missionem sanguinis non impedit 12
Biliosa corpora statim nutrienda 43
Brodia ex simplicibus

C.

Calor febrilis tria in corpore nostro corripit 1
Caloris febrilis processus 2
Caloris naturalis & præternaturalis diuersa opera eodem
Caloris natiui conseruatio vnde eodem
Calor naturalis quando corrumpitur eodem
Calor quinque modis auctior redditur 3
Calor exernus prius Ephimeram generat 3
Corruptio an citra obstructionem euenire possit 3

Calida frigidis temperanda 17
Caliditatis intensæ & mordacis cura 44
Capitis dolentis auxilia 53
Calor vini per se nihil indicat 30
Cassia & Manna in febrium principijs non conueniunt 16
Cautela in administratione auxiliorum capitis 53
Carinthiæ prouincia melle diues 32
Camphora reprobatur 35
Catarcticorum medicamentorum actio & vsus 36
Catarcticorum intempestiuorum noxæ 37
Ciceres albicantes & nigricantes 23
Cicer flatulentiam non remittit 24
Cibandi hora pro febribus diuersitate deligenda 41
Cibandi horam febris tempora variant 42
Cibi abstinentiam quæ corpora ferant 43
Chirurgorum gargarismata negligenda 46
Corroborantia stomachum & epar 14
Condrus & ptisana 20
Collutiones oris consolidatiuæ 46
Coctionem materiæ purgantia respiciunt & expectant 36
Coctionis humorum notæ vini administrationẽ monstrant 30
Confectio cordialis 50
Confectio pro secunda mensa 53

Confe-

Confectio pro vniuersali deiectione corporis 57
Cucumeris semen 17
Curandi ratio prima à contrarijs 8

D.

Decoctum Liquiritræ 19
Decoctio aquæ hordei 24
Decoctionis cicerum vtilitas eodem
Decoctio oximellitis reliquis præstat 26
Decoctum somniferum 45
Deliquij animi causa & cura 48
Delirij causæ & auxilia 55
Differentia vini multiplex 29
Dosis lenientium eorundem gradus demonstrat 31
Dosis ab vnci. j. ad vnci. iij. primus gradus est lenientium 33
Dubitatio de adianto 19

E.

Ephimera an putridam generet 3
Ephimeræ in putridam transmutatio 4
Ephimeræ cura alias febres præcedit eodem
Ephimera citra obstructionem salubrior cæteris eodem

Euacuandi

Euacuandi rationes in febribus diuersæ 9
Endiuia domestica & syluestris 17
Electuarium de Sebesten 33
Epithema pro corde in syncope 49
Emplastra pro stomacho 51
Emplastrum pro capite probatum 54

F.

Febris quid 1
Febrium generatria eodem
Febris ephimera facilè transit in humoralem 3
Febres incipientes plærumque Ephimeræ sunt 4
Febris putrida vnde & quomodo fiat 4
Febris quando citra obstructionem sequi potest Ephimeram 4
Febris putrida quando putredinis habet causam 5
Febribus putridis aperientia conueniunt eod.
Febris continuæ inæqualis causæ eodem
Febris pestilens sola sine obstructione fit 3
Febri pestilentiali cur stiptica offerimus 5
Febris auxilia 8
Febrium potiora auxilia 13
Febri pestilentiali frigida astringenti vi prædita commodant 34
Febris putrida & pestilentialis einsdem curæ sunt adhibitis saltē veneno resistentibus 5

Febris

Frigida quare non semper febricitantibus vtilia 9
Frigida astrigẽtia putridis non conueniũt 34
Facultas vini triplex 29
Fotus vtilis pro stomacho 51
Frumenti genus ex aëre lapsum 33
Flaua bile in corpore abundante, vtrum sanguinis missio facienda 12

G.

Gradus seu ordines lenientium 31
Gradus lenientium quomodo dignoscãtur eod
Granatorum vsus reprobatur 35
Gargarismata pro linguæ ariditate 46
Galenus senectutis vigilias lactuca solabatur 47
Græcorum ratio in ptisana conficienda 21

H.

Hydromel 23
Hydromel quando conueniat 27
Hydromellitis noxæ eodem
Hippocratis victus ratione in putridis quare non sequimur 40
Hæmorrhoidarum prouocatio in delirio vtilis 55
Hordeum 20

Hordei electio & præparatio 21
Horarum cibandi delectus 42
Humorum accensio putridam febrem facit 1
Humorum putrefactio duplex 2
Humorum putredo in vasis continuas generat eodem
Humorum putredo extra vasa intermittentes facit eodem
Humorum putredinem præter obstructionem nihil aliud causat 3
Humiditates quando putrescant 4
Humida quare sola conferre febricitantibus dixerit Hipp. 8
Humida quando locum non habent 9
Humectationis ratio quoque habenda 19
Hipp. quare ab aqua abstinuerit 28

I.

Indicatio à temperamento 5
Indicatio ab aëre 6
Indicatio à causa bifariam monet 7
Indicationis ab effectu & causa collatio 8
Indicatio ab accidentibus eod
Indicatio num processus 7
Indicationum complicatio eod.
Indoctorum Medicorum taxatio 14
Iuppiter melle pluit 32
Ieiunium triduanum 43

Iulepi infrigidantes 56

L.

Laus pronunciati Hippocratis de ſanguinis miſsione 14
Lenitio ventris quando ſanguinis miſsionem præcedat 11
Lenitiua auxilia ſunt Manna & Caſsia 31
Lenitiua primo ordine ſoluentium eodem
Lenientibus diligenter obſeruandum Medico 33
Lenientium exhibendorum tempus 34
Leniora ſemper acutis præmittenda 48
Lignum Guaiacum 18
Linimenta pro vigilia 48
Linimentum in capitis dolore miri auxilij 54

M

Manna Colagogum 32
Manna quid eod.
Manna optima quæ 33
Mannæ correctio eodem
Mannæ vſus apud noſtros 32
Manna veteribus in vſu non erat eodem
Manna recentioribus Græcis non ignota 33
Manna caſsia ☿li ſimpliciter vtendum eod.

Materia humorum benigna & rebellis 28
Membra spermatica quare non restitui possunt 6
Medicorum quorundam error in sanguinis missione 11
Medici sanguifugi 13.
Mel optimum quale 24
Mel ex manna generatur 32
Mel manna calidius eod.
Mellis loco saccaro vtimur eodem
Melicratum seu hydromel 26
Mercurialis & Manna flauam bilem euacuant 32
Mercuriali veteres libenter vsi eodem
Medicamentorum dextra administratio nunquam non vtilis 37
Methodus in administrandis lenientibus etiam in peste locum habet eodem
Missio sanguinis 10
Missionis sanguinis indicatio triplex eodem
Missio sanguinis post vigesimum diem 11
Missionem sanguinis in febribus quies indicat 12
Missio sanguinis in acutis morbis reliqua præcedit 14
Mirabolani inter len ientia non numerandi 31
Mirabolani Chebuli & Emblici 57
Mixtura vtilis pro corde 49
Mirabolani negligendi 37
Modus

Modus emendandi putredinem in humano corpore 2
Modus ciendi vomitum 17

N.

Natura euacuationum index 37
Natura non impedienda 41
Neotericorum scripta diligenter legenda 35
Nocumentorum ex aqua hordei correctio 23

O.

Obstructio duplex 1
Obstructio mediocris diariam facit eodẽ
Obstructio immoderata synochum causat eod.
Obstructionis immoderatæ duplex causa eod.
Obstructio cutanea Ephimeram generat 3
Obstructionis cutaneæ ratio eodem
Obstructionum tres causæ 5
Obstructionum aperiendarum auxilia 14
Oximel 5 & 16
Oximellitis præparatio 24
Oyimellitis operationem iuuantia 25
Oximel aliter decoquunt Plinius & Dioscorides eod.
Oximellitis nocumenta 26
Oximel scylliticum 25
Oximel Pharmacopolarum nostrorum eodem

Oximellis vsus per totum febris cursum Hip. & Gal. in vsu fuit 27
Oxirhodini descriptio pro delirio 56

Q.

Qualitas caloris febrilis 1
Quomodo Ephimera putrida sine obstructione fiat 3
Qualitatum ordo & actio 9

P.

Pharmacopolarum negligentia in præparatione oximellitis 25
Planca bianca inferioris Germaniæ 53
Paraphrenesis nonum febrium symptoma 55
Phlebotomia & pharmacia vtrum prius ordine 13
Pillulæ corroborantes membra debilia 57
Ptisana 20
Ptisanæ laus 22
Ptisana Galeni 21
Ptisana hordeacea membrorum imbecillitati quoque vtilis 58
Possibile & impossibile 6
Potio leniens cum manna 37
Polonorum brodium in febribus 4[illegible]
Putredo quid [illegible]

Putre

Putredinem præcedere debet obstructio 3
Pulmo arietis 56
Puluis corroboratiuus membrorum 57

R.

Ratio inæqualitatis pulsuum 1
Regionis status missionem sanguinis non prorsus prohibet 12
Regionum diuersitas medicamenta diuersa efficit 40
Rosa 17

S.

Sanguinis missio reliquarum euacuationum vtilissima 13
Sanguinis missionis tempus & hora 11
Sanguinis missionis indicatio ab opportunitate 10
Sanguuinis missionem prohibentia eodē
Sanguinis missionem præter ætatem, vires & affectum quæ impediant 11
Sanguinis missionis indicatio à cœli & aëris statu eodem
Sanguinis missio in senio eod.
Sapor vini 29
Simpliciũ facultates distillatiõe produ͂tur 18
Syruporum vsus suspectus & minus oximellite tutus eodem
Syrupus de Bizantijs simplex eod.

Syrupus acetosus & oximel 35
Syrupus de acetositate citri eod.
Syrupus de cucurbita eodem
Syrupi pro siti 45 & 46
Syruporum diligens examen esse debet 36
Syrupi pro vigilia 48
Symptomata curandi rationem mutant 44
Symptomata febrium grauiora quæ sint eod.
Symptomatis primi cura eod.
Symptoma secundum & eius curatio 45
Symptoma tertium & cura 47
Symptoma septimum 5
Symptoma febrium octauum 53
Spirituum accensio Ephimeram constituit 1
Somni prouocationes 47
Solidorum membrorum accensio hecticam monstrat 1
Sudoris vtilitas 16
Sudoris & vrinæ prouocatio 17
Substantia vini 29

T.

Transpirationis debitæ impedimentum 1
Transpirationem nō impeditam caloris nostri destructio subsequitur eodem
Tamarindus Actuario Oxiphenix dictus 31
Tamarindus Græcis dactylus dicitur eod.
Tamarindorum decoctio 32

Tem-

Tempestiuus cibi & potus vsus semper iuuat & è contra 28
Tempus vini nihil indicat 30
Trocisci pro stomacho, epate, & splene 53

V.

Veteres quare ab oblatione decocti cicerum abhorruerint 23
Ventriculi cruditas sanguinis missionem non prohibet, sed differt 11
Ventriculi iuuamenta in febribus 50
Ventriculi robur non semper negligendus 56
Ventriculi deiecti ex vi & longitudine morbi auxilia eodem
Ventriculus paterfamilias est eod.
Ventris lenitio quibus fiat 17
Ventositatis Mannæ correctio 37
Vinum 28
Vini differentiæ consideranda Medico 24
Vini facultas eodem
Vini substantia eodem
Vini sapor eodem
Vini differentia ex colore & odore per accidens consideratur 30
Vinum febribus quale conueniat eodem
Vini exhibendi tempus idoneum eodem
Virtus omnium primum custodienda 52
Virium prostratiouis iuuamina eod.

Vigiliæ ſiccitatem cerebri adaugent 55
Violarum vſus apud nos non eſt 43
Victus ratio curandi rationem abſoluit 28
Victus rationis indicatio duplex 39
Victus adminiſtratio pro affectus ratione eod.
Victus ratio ex regionis ſtatu eod.
Victus ratio Hipp. in putridis imitanda 40
Victus rationem tempora morbi commonſtrāt 41
Victus rationem morbi variant eod.
Victus ratio in diſſenteria eod.
Victus ratio in apoſtemate eod.
Vomitus quando conueniat 15
Vtilitati ægrorum magis couſulendum quàm voluptati 35
Vngentum roborans & refrigerans cor 49
Vtilitas tempeſtiui cibi in bilioſa temperatura 44

FINIS.

Errata sic corrige:

Fol.7.pro mouent,monent. Fol.13.pro indicio,iudicio. Fol.15.pro per præter. Fol.eod. pro hic,his.Fol.30.pro calor,color.Fol.eod. pro porpia ,propria . Fol. 33. pro requirere. negligere. Fol.34.pro tum,ante.Fol.35. pro quemadmodum,admodum. Fol.42.pro satis, statu.Fol.eod.pro exhalationem,exhibitionē, Fol. 45.pro Glzcirrizæ, Glycirrizam.Fol. eod.pro detrita,detenta.Fol.eod.pro Ex,Recipe.Fol.46.pro vino, vinum.Fol.47.pro aut autem.Fol.47.in fine secundi lateris. lege Emulsio papaueris albi.Fol. 50 lege Electuario de succo ros. & similibus. Fol. eodē pro manentem manantem. Fol. 51 .pro scrup.s. in principio secūdi lateris,unci.s.Fol. eo.unci. ij. drach.ij